23 Sed nũquid res aliena a testatore possit legari? ℞.ꝙ sic, si sciebat testator esse alienam, & hæres tenetur eam emere,& prętare, vel æstimationem soluere, si talis sit,quę æstimari possit, vt instit. de leg. §. non solùm,& § Quod autem, cũ tali distinctione, quòd aut res quæ legatur, erat testatori pignorata, vel in ea habet ius solùm; & tũc non præsumitur nisi legatũ illud ius esse; quod in ea habebat,& sic non dabitur æstimatio,vt in l. serui electionę. ff. de leg. 1.§ 1.c.2. Et sic legauit fundũ, quem conduxerat per quinquenniũ,hęres soluet pensionẽ, & ille cui legauit, habebit vsum fundi sine aliqua solutione.l. qui cõcubinam. §.qui hortos,ff. de leg.3. & Bar.in l.his verbis.§. Idem testator, [c] de leg.3. aut res legati erat res testatori cõmunis simul & alteri;& sic intelligiẽ solũ legasse partẽ suã, [d] nisi dixisset totã rem, quia sic æstimatio debeẽ, vt no.Bar. in l.cũ alienã,C. de leg. Aut res omnino est aliena;& tũc si ẽ hęredis, [e] debetur res oĩno,tex.est in l.vnum ex familia.§.si rẽ,ff. de leg. 2. Si verò nõ ẽ hęredis,sed alterius, & si sciẽter legauit, debeẽ æstimatio, vel res.d.l.cũ alienam, dũmodo sit talis, [f] cuius cõmertiũ haberi possit; aliàs esset inutile legatũ, puta si legaẽ res sacra, vel principis.l.apud Iulianum.§ fin. ff. de leg.1. Si verò legatur ignorãter, aut extraneo; & nõ valet; aut cõiunctę psonæ, cui aliàs fuisset relictu rus tantundẽ, si sciuisset es

a rgu.optimum in c.per exemptionem, de priuil.li. 6.vbi aliud est eximere ecclesiam, aliud eximere canonicos. Sed respectu quartę debitæ episcopo, non puto differẽtiam.Nec obstat.l.ciuibus, Quia ciuitas respectu acquisitionis solummodo representatur per ciues, non sic ecclesia per canonicos tantũ,&c.

c Et ita intelligitur] Ita declarat Bart.eam in l. ciuib. ff. de reb. du. & retuli in apost.ĩ. §. pced.

b Et filijs eius] Cautè loquitur hic, qa dũ in illo tex.dicitur hęredib.exponitur a doctorib. i. filijs §. sui, instit. de hære. q̃ & diffinit ita Bart. in d.l. si quis Titio de vsuf.accre.qñ fit mentio de hæredib. an intelligãtur semp filij, vide Barto. in l. Gallus.§. etiam 1.col.ff.de lib.& & posth. Feli. in ca.in præsentia. 27.col. de prob. Ale.con.13.li.1.

c §. idem testator]Secundũ gl. ibi distinguit Bart.ꝙ quandoque soluitur aliquid pro re habenda,& procedit tex.d.§.quidã testator. Sed pro re habita debetid solui a possessore, vtputa collecta, tributa & similia, & ita loquitur tex. in l.q̃ro, vbi Bart. expreſsè idẽ dicit esse in vsufructuario.ff.de vsufru.leg. Et inducit postea Din limitantem hoc vltimum.l.ꝙ eo habito expensas soluit legatarius, esse verum,nisi impensæ fructib.æquiualerent. d.§. qui hortos,vbi est gl.fin. vt allegat Rom.notabili. 207. limitat Bar.ẽt prędicta esse vera,qũ legatur res,puta qñ dicitur,Lego fundũ,vel vsum fructũ,vel reditus fundi,sed si legatur ipsum in certũ,vt quia quis conduxit a cõi Perusij certas possessiones, & legauit tibi cõductionẽ, tunc intelligeretur legatũ quicquid lucri esset, & quicquid per conductionẽ solui debet,ar.l.qui prior,ff. solut.matrimon.vide Imol. consi.102.columna.6.cum sequen.

d Partem suam] Ad idem.l.si domus. §.si de leg.1. Hoc etiam procedit, qñ essent apposita confinia totius rei.Ita Ale. & Are.& d.Ias in d.l.serui electiõe. §.si.& facit regula,quã ponit Bal.in l 1.C qui testa. fa.pos vbi dicit. Ampla demonstratio nõ auget legatum limitatum. Alex vero con. 54.q.3.par. Põderatis,dicit, ꝙ testator vr̃ legare oĩa cõprehensa intra confinia,qñ ea apposuit, si tñ res est testatoris &c.

e Et tunc si est hęredis] Idẽ, qñ testator legat rẽ hæredis vt suã, de quo vide Ale. con. 173.2.part. in.2.co.& consi. 103 8.part.Imo vult Bar.in d §. si rem, Quod si testator legat rẽ quã hẽt cõem cũ hærede,tota debeatur.l.cum filius.§. dominus & ibi Bar. de lega.1 Idẽ est, qñ testator legat rẽ quã dẽt habere, d.l.vnũ ex familia § sed si vno, & ibi Bar. de le. 1.si aũt leger, rẽ cuius partẽ tantũ dẽt hæredi,& alia partẽ extraneo, tunc valebit legatũ ꝓ illa par.d.§. sed si vno,& § si duos qui sequitur &c. De ista materia qñ & qũo possit res aliena legari, tractat Bal.in repe.l.2. C.de sa. san.ec.23.col.ver.sup.2.q.Et Pa.in c.filius noster,de test.a quo hic.§.videtur acceptus. Adde tu quẽ non posse institui hæredẽ in hæreditate aliena ẽt a testatore sciẽte.l.si C de hæred. inst.Et ibi no.Bal.1g oppositione,vbi assignat rõnem diuersitatis Nã legatũ respicit principaliter,& secundario rem ipsam, quæ legatur,& q̃ potest redimi,& præstari.Hęredis ĩt institutio respicit personã,quæ neque redimi põt,nec obligari no.in l.apud Iulianum.§.fi.ff de leg.2.

f Dummodo sit talis] Vide Ias.in d. l. serui electione.§.si. vbi late.

D. I.

se etiam alienam, debetur ęstimatio.d.l.cũ alienã, [a] & Bal.in l.1.a3.col.C.de sacr. san.eccle.tenet ecclesiã esse coniunctã personã, cũ sit mater omniũ fidel.um. 12. q.2.qui abstulerit.Sed Pan. in c.fili[9] noster, de testamẽ. nõ tenet, ꝙ ecclesia hic habeatur ꝓ coniuncta ꝑsona, sed solũ coniunctus ex sanguine, vt in c.nõnulli, de re scrip.& ꝙ debeat coniũctæ ꝑsonę, intelligẽ, qñ errat generaliter; sed quando errat ex cã specifica, puta, qa credebat suã ex emptione facta a pupillo, quę nõ valebat, tũc vitiatur legatũ in totum etiam factum coniũctæ personæ, vt not. in di. l. cum alienam.

24 Sed nunquid quod ꝑdictũ est in quęstione præcedenti, habebit locũ in foro canonico & animę? ℞. Pa. in c.filius, de testa.dicit, ꝙ communis opinio tenet ꝙ sic, sed ipse credit, ꝙ nõ habeat locũ in ꝯsciẽtia, ratio, qa in d. c.filius nř, dicit̃ qa lege dei viuimus, nõ legibus, videt̃ annuere hoc esse ꝯ legẽ dei; & ideo nullus subiect[9] obediẽtiæ iuris canonici poterit hanc dispositionẽ legis obseruare, & ẽt in repetitione.c.cũ esses, de testamen.ita tenet.ratio, qa dispositio q̃libet debet attẽdi fm rationẽ certam, c.intelligẽtia, & cap præterea, de verbo.signifi. & ideo patet per.d.c.filius, ꝙ est differentia in hoc inter ius ciuile & canonicum, & ꝙ dispositio [b] c.filius, astringit oẽs, quos astringit ius canonicũ. Ego admitterẽ dictũ suũ, quãdo hęres nimis grauaretur, qa tũc non viderẽt fuisse de mẽte defuncti sed esse errore deceptum, sed quando constaret de mẽte defuncti, puta quia sciebat dispositionem iuris ciuilis, sic credo ẽt in conscientia habere locũ, quia perinde est, ac si legasset rẽ illam, si emi posset, vel saltem ęstimationem.

25 Vtrum legata domo debeatur hortus? ℞. Pan. in c.Rainutius, ne testa. 3.no. ꝙ si hort[9] cohęret domui, sic debetur. [c] ff.si ser.ven.l. testatrix, in princ. & ff. de acquiren.emptio. & vend. l. creditor, in fi. quod limito verum, quando eadẽ ianua claudit domum; & hortum: secus si sic non cohęret, quia nõ debetur. Et sic intellige gloss. in c.si. 12.q.2.& Pan.vbi supra.in d.c.Rainutius.

26 Vtrũ legatis aliquibus rebus, & postea venditis [d] per testatorẽ, teneatur hæres? ℞. ꝙ sic, nisi vendẽdo testator habuerit animũ, adimendi legatũ insti tu.de leg.§.si rem suam; & in dubio [e] probabit hæres saltẽ p quatuor testes voluntatẽ defuncti mutatã, vt in gl. d. §.si rẽ suã, idẽ dic, si rẽ legatã pignori tradidit, ꝙ nisi habuerit animũ adimendi legatũ, tenetur hęres eã luere, & legatario tradere, vt in-stit.de leg.§.sed & si rem, in tex.& in gl. In conscientia credo verum, quando testator in morte noluit mutare testamentum, secus, si morte præuentus non potuit in vltimo aliqd disponere, quia tunc præsumerẽ, ꝙ aio adimendi legatum alienauerit.

27 Vtrũ legatũ, quo mihi liceat cædere lapides in solo testatoris, transeat ad meos hæredes? ℞ ꝙ non, tex. est in l.apud Iuliaanum.§.si quis, ff.de leg. 1. ratio secundũm gl. quia est ius personale.

28 Vtrum possit legari quod nondum est in rerum natura? ℞. ꝙ sic, dummodo sit futurum, vt fructus futuri in tali fundo, aut quod nascetur ex ancilla, & huiusmodi, Inst.de leg.§.ea quoque res. [f]

Vtrum

---

a D.l.cum alienam] Dicit glo. ibi, Coniuncta ꝑsona declaratur a iudice. Et ibi ẽt sequitur Bar.

b Et ꝙ dispositio] Respectu ęstimationis, vñ ille tex. apertè vult in hac materia nõ esse ꝓcedẽdũ fm leges sęculi, sed fm legẽ Dei, sed i theologica, vel canonica lege hoc nõ est decretũ, vt possit peti æstimatio. ergo &c.idem tenet Bal. in repe. l. primę de sacr. san.eccle 23.co. ver.fiq.1.q.infi. vbi dicit simpliciter canõistas nõ intelligere.d ca. filius, & rerfert simpliciter Feli. in ca. ecclesia S. Marię.15.col.de constit. Ias. in d. l.cũ alienã, post multa idẽ tenet, & dicit ꝙ d. c. filius, hẽt locũ, qñ legat̃ res extranei, & nõ hęredis secũdũm In. ibi.

c Sic debetur] Adde quod not. Bar.in l.si merce dẽ. §.si fundũ, ff. de actio. empt. Vbi dicit, ꝙ vẽdito fundo, in quo est capella, videtur vend ta capella, nisi aliud habeat ex publi co; sequitur Ale. in l. 1.in princi. pe.col. de acqui. poss. Bal. in l.fi. pe.co.C.de edict. diui Adria. tollend. Card. in c. cũ seculũ, de iure pa. Ias. in l. fi.ff. de tritti prin. in 5.col Alex.cõsil. 231. in 2. parte, incipit, visis verbis.Ro sin 58.

d Et postea venditis] Bart. in l. rẽ legatam, ff de adi. leg. tractat hãc materiã, & doc. tradũt in l. 3. C. de le. & idẽ dic de parte, q̃ de toto, instit e. §. si verò q̃s, & in l.si ex toto, in prin.de leg.1.

e Et in dubio] Hoc intellige in alienatiõe alia a donatione, quia donãdo indistin ctẽ videtur adimere, nec distinguitur an valeat donatio, vel si ẽt si reuocetur, vt ff. de adimẽ.leg. l.cũ seruus, & l. rẽ legatã, & l. legatũ sub cõditione. §. 1.hoc glo. in d.§ si rem.

f §. ea quoque res] Et ff de le. 1. l.in rẽ in prin. Si autẽ nec fuit nec est in rerum na.

rum natura, nec erit, vt chimera, vel fuit, sed nõ est, vt homo mortuus, non potest legari, insti. de inutil. stip. in prin. Si autem dubium sit, an sit vel non sit in rerum natura, cauet hæres de prosequendo, & restituendo ff. de leg. 1. l. seruo legato. §. fi. Idem in seruo legato, qui est fugitiuus, dic vt j. testamentum. §. 13. Et licèt legatum cẽseatur cõditionale, nõ tñ quò ad transmissionem ad hæredem, vt per Bar. ibi & Ias.

a Iura & actiones] Bald. in l. si nondum, ante penul. co. C. de fur. dicit si nomina debitorum sunt adiacẽtia immobilibus censentur immobilia, si mobilibus censentur mobilia.

b In dubio] Nisi debitor vltro obtulit eo nõ petente, vel pecuniam exactam ꝓ legato deposuit ff de lega 3. l fideicõmiss. §. si rem.

c Sua liberatio] Hoc potest fieri tribus mod. s, primo modo si dicat, peti nolo. vel qd' debet relinquo, vel actionẽ remitto, & hic liberandus est legatarius ab omni debito ff. de li. leg. l si qs actiones, & l Aurelio. Secundo modo, si dicat rationes reddere nolo, & hoc ab omni liberatur, nisi ab eo quod penes eum sit, & ab eo quod dolo fecit d. l. Aurelio. § fi. Tertio modo, si damnauit hæredẽ, nè exerceat actiones, quo casu si bonam causam habet testator, litis euentus, & sumptus ab aduersario facti legati videntur, ff. de lib. leg. l. petitor, si malam causam, nihil videtur legare, vt in d. l. hæc glo. in d. §. si quis debitori.

29 Verũ iura & actiones[a] & seruitutes, & hmõi incorporalia possint legari? ℞. quòd sic, nisi viuens testator deb. tũ exegerit, vel remiserit, & in dubio[b] præsumitur legatum voluisse adimere exigendo, vel remittendo, inst. de leg. §. cũ autem in tex. & in gl.

30 Verum debitori possit sua liberatio[c] legari? ℞. ꝙ sic, Inst. de leg. §. si quis debitori, nisi testator viu' exegerit, inst. ibid. §. causam.

31 Sed quæro, an in dubio præsumetur legatum factũ creditori fuisse factum animo recompensandi? Resp. Bar. in l. si cum dotem. §. si pater, ff. sol. matri. & cõmuniter moderni in c. officij, de testamentis, distinguũt, ꝙ aut relictum sit per debitorem necessarium, qui ex necessitate iuris tenetur ad debitum, & sic præsumitur animo recompensandi factum, vt in d. §. si pater, vbi dicitur, ꝙ si pater qui tenebatur dotẽ dare filiæ suæ, legat eidem aliquid in testamento, ꝙ filia non poterit petere legatum, & dotem, quia videtur legasse[d] animo compẽsandi cũ dote debita. Aut legatum sit per debitorem volũtarium, puta quia ex sua voluntate obligauit se ad debitum, & sic in dubio nõ præsumitur factum animo recompensandi, nisi sit expressum, vt probatur in l. vnica §. sciendũ, C. de rei vxo. actio. vbi habetur, ꝙ maritus qui tenetur restituere dotem vxori post mortem, legauit aliqd simpliciter vxori, poterit vxor vtrumque petere. Similiter dic ď legato facto cuicunque creditori a debitore, ad hoc. C. de hære. insti. l. compensandi, ff. de legat. 1. l. Lucius, in prin. & ff. de leg. 2. l. vlt. §. pen.

32 Verum per suggestionem, sollicitudinẽ, vel importunitatem faciens adimere legatum factum alicui, & faciens sibi relinqui teneatur? ℞. dominus Bar. Cæpola in suis cautelis, ꝙ tenetur actione de dolo, vel in factũ subsidiaria ei, cui ademptum est, vel cui non est relictum ex sollicitudine ei'. ff. de doli exce. l. 1. no. Ang. in l. fi. C. si quis aliquẽ tes. proh. Facit. l. 1.[e] & ibi no. C. ď pe. bo. subla. li. 10. Sed melius dic vt. j. Restitutio. 1. in verbo, impediẽs, & s. cleric'. 13. §. 7.

33 Quid valet vxori legatũ, quo legatur ei dos sua? ℞. ꝙ valet, qa plenior est actio ex legato, q̃ ex dote, inst. de leg. §. sed si vxori, qa sicut ibi dicit glo. legatum statim debetur, dos verò si consistat in mobilib. debet

d Quia videtur legasse] Pater est debitor necessarius ipsi filiæ, quia tenetur eam dotare vt in l. qui liberos, ff de ri. nup. & in l. fi. C. de dotis promis. vide ad materiam huius. §. Areti. consi. 93 2. col. Adde similiter legatum computari in legitimam, quia de necessitate debetur filio legitima. l. qm̃ nouella, C. de inof. testa. Ita Bar. in d. §. si pater, & in aut. præterea, C. vñ vir, & vxor, vide no. in l. in quartam, ff. ad l. Falcid. Ad idẽ facit qd' dicit Bar. in d. aut. præterea, & i d. § si pr̃, Qd' legatũ factũ viro ab vxore cõputat̃ i portionẽ, quã dẽt lucrari vir ex forma statuti de dote, & hoc qa est debitũ necessariũ, cũ ex dispositiõe legali debeat. Non ob. c. officij, de testam. vbi relicta portione epo debita ď cætera poterit eps vẽdicare, & tñ illa portio est debitũ necessariũ, quia debetur epo ex dispositione iuris, qa rñdeo, ꝙ testator nõ ẽ debitor epi nec voluntariua, nec necessarius, qa talia portio datur ab ecclesijs, quibus factum est relictũ, ca. requisisti de testa. & non a testatore, iõ si aliqd reliquit simpliciter epo, nõ põt dici relictũ aio cõpensandi, cum testator nõ sit debitor episcopi, ideo testator apponat modũ in legato dicens, sit episcop' cõtẽtus illa portione, & sic intellige. d. c. officij, licèt Bart. vbi supra aliter dicat, sed non placet.

e Facit. l. 1.] Ibi inuehitur contra inuerecũdam petitionem multorum, propter quod dicit ibi Bal. qd' donatio facta mulieri a marito propter frequẽtem

eius

post annũ solũ. a Itẽ valet, qa nõ habebit ꝓbare dotẽ talis quantitatis, si exprimatur, aliàs sic. C. ď fal. cã. l. 3.

34 Quæro qd debeať, qñ legatũ sit in genere. Rẽ. ꝙ si illud genus est b generalissimum, sic nullum est legatũ. Exẽplũ si diceret, Lego substantiã. vel rem. Si verò genus est subalternũ, vt lego animal corpꝰ, & hmõi, sic similiter nullum est, qa dando muscam c liberaretur. Si verò genus est inferius, puta quia est species specialissima, tunc aut res eius generis hẽt certos fines a natura designatos, vt bos, equus, & hmõi, aut habet fines ex sola distinctione d hoĩs, vt fundus, vt ff. de leg. 1. l. qď ĩ rerũ. §. si qs. aut facto hominis, vt domus, quod ꝑ factũ hoĩs de duobus fit vnũ diruẽdo parietem, & hmõi, vt ff. communia prę d. l. si quis duas. §. si quis partem. Et ibi habeť, ꝙ de vna possunt fieri duę. Si loquimur ď primo, sic fuit varia opinio. Sed placet mihi opinio. Io. quã sequiť Accur. in l. legato generaliter, ff. de le. 1. l. ꝙ aut testator duos reliquit seruos, vel boues incertos, & de incertis sunt in suo patrimonio, & tunc eligit legatarius, e vt inst. de leg. §. si generaliter, dum tñ non eligat optimum. d. l. legato. Aut non sunt in suo patrimonio, & sic electio erit hæredis. f ff. de tritico leg. l. 3. ĩ pri & l. 4. Similiter vbi testator ď certis seruis sen sit incertũ puta qa legauit vnũ de seruis suis, sic elect. erit legatarij g l. q duos, ff. de leg. 1. si verò loqmur de secundo, sic nõ valet, qa vr̃ derisorium, quia hę es prę stando fundum h vnius digiti, vel vnguis. liberaretur di. l. quod in rerum. §. quis autem. si verò loquimur de 3. tunc aut legans domum in genere, reliquit domos aliquas aut non, si sic, i electio erit hæredis, k si non, legatum erit deriso

eius interpellationem nõ confirmatur morte, quia quodam calore iracundiæ censetur facta, secus tamẽ si blandicijs.

a Post annũ solũ] ff. de rei vxo act. l. 1. §. cum aut̃, & ff de do. prę leg. l. 1. §. verum est. Et ibi per Bart dr̃ qd valeat istud dotis legatum.

b Si illud genus est] Secundũ Porph. non habet aliquid prędicabile supra se sub alternum est, qď ꝑ dicatur de pluribus differentibus specie. iferiꝰ dicit, spẽs specialissima, q̃ prædicatur de pluribꝰ differentibus numero. hoc ponit Bar. in d. l. leg. & ibi gl. a qua ista sunt sumpta.

c Quia dãdo muscam] Illud exẽplũ est in gl. ĩ d. l. lega. generaliter. sequitur ibi Bart. tñ hoc non procedere, quando electio est legatarij, vt ĩ. dicetur, qa eligeret animal mediocre, & non muscã. sed gl. habuit respectũ, qñ electio est hęredis. Præterea si tale legatũ referatur ad aĩalia existentia in p̃rimonio testatoris, nõ venit musca, qa nõ est in eius patrimonio. Vnde ſm Raph. Cu. ibidem melior est ratio, vt non valeat propter nimiam generalitatem & incertitudinem. Item quia in genere ita lato vt est animal, esset difficilè reperire medium, cum sint infinita animalia.

d Ex sola distinctione] Homo enim distinguere potest fundum vnius digiti, sed domus non potest constitui nisi diuidendo per parietem.

e Et tunc eligit legatarius] Rationes istorum dictorum vide per Bar. in d. l. legato generaliter, quas defendit. d. Ias. & dicit eas esse communiter approbatas. cum enim pro legato competant plures actiones legatario, si auferres ei electionem in legato generis earum rerum quæ sunt in patrimonio, auferres ei actiones, quod tamen ius non patitur.

f Et sic electio erit hæredis] Ratio autem, qa qñ serui non sunt in patrimonio, legatur res aliena, cuius optio non potest esse legatarij, nec ei datur siue conceditur, meritò ergo electio erit hęredis. Ad hoc sũt multæ, ll. quas Bar. allegat. Prædicta autem sunt vera, nisi verba executiua legati dirigerẽtur ad aliquẽ puta qa in primo casu dixit testõr. Hrs meus dabit Titio vnũ de seruis meis, vel in secundo casu, Titius recipiat sibi vnũ bouẽ, quẽ ego lego ei, tunc. n. esset electio ipsiꝰ. hoc Bar. in d. l. legato generaliter idẽ vr̃ esse in ꝯtribꝰ, qñ verba referũt ad vnũ ex ꝯhentib. electio est ipsius, vt dicit Bar. in d l. Lucio.

g Sic electio erit legatarij] Hoc ẽ verum, qñ omnino seruꝰ erat incertus, qa nullũ fuit expressũ nomen. Et tunc procedit illa. l. qui duos, vbi hr̃ per Bar. post Din. de testatore, q habebat duos equos & vnum legauit fratrib. & alium hospitalarijs. nã ex quo legatum est incertũ de certis, legatariorũ ẽ electio, sed primò eliget, q primò noiatus ẽ. se quiť An. & cõiter cateri in d. l qui duos. Bal. Albri. & Imo. in l. si ita scriptũ, de leg. 1. vide d. Ias. in d. l. q duos, & in l. si quis a filio. §. si qs plu de le 1.

h Quia hæres ꝓstando fundum] Idẽ Bar. ĩ l. si domus. in prin. de leg. 1. Bar & Ale. 7. col. & Are. 9. col. in l. ista stipulatus. 8. oppositione primæ partis, de ver. ob. Tu aduerte non ita esse in dote incerta, puta qũ a socero stipulatur gener sibi dotẽ dari, nulla re demõstrata, qa arbitrio detracto valet stipulatio. l. cum post. §. gener, ff. de iure dot. Rõ quia dotis constitutio pendet ex facultatũ dignitatisq; mõ s. viri, qď secus est in fundo legato, & ibi est gl. no ad ꝓpositũ nostrũ. Sed de æqtate canonica credo illud, qď statuit in dote ꝑ d §. gener, nõ obstãte incertitudine valere in quocunque ꝯtu, ſm Arc. in c sunt nonnulli. 1. q. 1. Qď est singulariter menti tenendũ, ſm Ale. in d. l. ita stipulatus, circa. 3. col. versi. & similiter, & in l. e 1. 2. col ff. sol. ma. idem tenet Fel. vbi addit plures decisiones, in c 1. 4 col. extra de pac.

i Aut non. si sic] Vera lr̃a hẽt hæredis, nõ legatarij.

k Electio erit hæredis] Nam ad hæredem electio ꝑtinet, vt patet, in d. l. si domus, cogetur tamen hęres

quam

quam domum vellet ex his quas testator habebat legatario dare. Sed in rebus quæ habent certos fines a natura, benè electio est legatarij, vt supra dicitur hic. quo casu loquitur d.l.legato generaliter, & Bar.in d.l.si in prin. assignat rõem diuersitatis, quia in his quę habẽt certos fines a natura, si legatari⁹ eligit non multũ grauatur hæres, quia quantũ ad æstimationem modicum distat bos a boue, homo ab hominẽ, q̃nquidẽ de mediocri tractatur, sed inter domũ, & domum põt esse maxima differentia vt patet, vñ nè nimis grauetur hæres eius dẽt esse electio. idẽ in cyphus facto hominis constituto. vide gl. ĩ l.hæredes § si in certo.ff fa hære. vide tñ Ang Areti.institu. de leg. §. si generaliter.

a Aduerte tñ] ista est doctrina gl. in d l.generaliter. in glo ma gna. Quam approbant communiter doc. & dicit Sali. q̃ est ipsa veritas, & pro hoc est hui⁹ tex. in l.si qs argẽtũ. §. similique mõ. C.de dona. & glossa loquitur in rebus animatis, quorum aliquas non plus expedit habere quã non habere. & ita in his legatarius habet electionem eligẽdi mediocrem. sed in alijs rebus inanimatis, tunc hæres minimum dare potest. vt etiam dicitur hic.

b Tunc poterit hæres dare minimum] Non tamẽ dabit corruptum quia non liberaretur. nam tunc vinũ corruptum non dicitur esse in genere vini. sicut dicimus de pecunia falsa in l.eleganter. §. qui reprobos. ff de pig act. & Ale. in d.l. legato, d. Ant. & Imo. in c. indicante. de test. Et quod hoc dicitur dãdo minimum &c. Intellige idem in ademptione legati vt si testator legasset duos fundos tibi, & post dicit se vnum legare in dubio datur ab hærede exiguũ. tex. est in d.l. si ita scriptum de leg. 1. ratio est quia ademprio sit in sui fauorem hæredis, quia præsumitur testamento minus grauare hæredem quàm sit possibile. l. vnum ex familia. § si rem. ff de leg. 2. vnde dicit Bar. in l si. cui la. 1 in princip. ff. de legat. 1. quòd quando verba referuntur per testatorem ad hæredem importãtia certam ætatem, tunc hæres potest soluere legatum in fine anni. Fallit hęc cõclusio de hærede fauore dotis, quia in dubio non accipitur quod est minimum tex. & gl. in l. nuptura. l. ambiguus. ff. de iure do. Et vide ad materiam istius. §. tex. sing. in l. cum certum ff. de aur. & arg. lega. Ro. in sing. 2c 8. Adde idem esse in contractibus. s. Vt detur minimum, l si. ff. de præbẽ. stip. & l. fideiu. ff. mãd.

c § Seia.] Dicit ibi Pan. si quis reliquerit fieri in ecclesia imaginẽ Christi cum apostolis intelligitũ cum 12. vel vt pingatur imago beatissimæ virginis, dicitur esse ad pias causas secundum Bart. in l. lineam margaritarum. §. fin. ff. ad l Falci. sequitur Ange. in l 1. §. ad municipiũ. e. ti. & vide omnino ad materiã totius. §. Pan. in ca. indicante, de test. & intellige istud dictum de quo hic quando legatum venit applicãdum ecclesiæ secus tamen qñ applicaretur clericis, vt in frumento vino & huiusmodi, quia si legaretur incertitudinaliter de mensura minima intelligeretur tex. est & ibi Pano. in c. ex parte de censib Qui loquitur in voto, & hoc nè videantur clerici auaritia inhiare. Quando autem incertitudo vitiat legatum vel non ponit optimè Bar. in l. quidam. in prin ff de rebus dubijs.

d In nomine legatarij] Puta lego Titio cẽtum. Qui tamen vocabatur Lucius. legatum habebit ipse Lucius. Vt dicit d. §. si quis in nomine, & ita etiam declarat gl. in d.l. si in nomine. qui loquitur in institutione.

rium. ff. de leg. 1. l. si dom⁹ in princi. Aduerte tamen [a] q̃ quando electio datur hęredi in rebus legatis in genere, & illud genus est talis qualitatis, q̃ in ipso sũt quędam quæ nihil valent, & magis expedit nõ habere quam habere. tunc non potest talia dare. sed dẽt dare mediocrem. vt in d.l. legato, & C. de don. l. si qs argentum. §. 2. & C. cõia de leg. l. si §. 1. Si verò sumus extra talia, tunc poterit hæres dare minimũ [b] in tali gñe. l. si ita scriptum sit in fi. & l. idem Iulian⁹. §. Seio, ff. de leg. 1. ff. de reg. iur. l. semp in obscuris. ff. de ver. obl. l. si ita stipulatus. 1. Fallit hoc in legatis ad pias cãs, q̃a debetur id qđ ẽ melius fauore pię causæ, vel saltem mediocre. puta legatũ est vas, dabitur argenteum inter aurum & auricalcum seu æneum. ita habetur, & no. in l. Titia §. Seia. [c] ff. de au. & argen. leg. ex qua Bart. ibid. dicit q̃ si legatur calix intelligiť argenteus. si planeta intelligitur de serico. & similibus.

35 Quid si qs legauit quatuor lagenas olei quæ sunt in vase, quæ non sunt nisi duæ. vel de pecunia quæ ẽ in tali capsa legat vni 30. alij 20. alij 10. & non sunt nisi 30. R. q̃ solùm debetur quod inuenitur. l. si qs testamento. ff. de lega. 1. & vnicuique pro rata defalcabitur. puta ille cui. 30. legauerat non habebit nisi. 15. cui. 20. 10. & cui. 10. 5. debebuntur, vt ibi dicitur. Facit l. cum certus numerus. ff. de tritico. vi. & ole. leg. & de lagenis. est casus in l. si quis seruum. §. si qs. ff. de leg. 2.

36 Quid si testator errat in nomine? [d] R. q̃ nõ officit, dũmõ constet de quo sẽsit. l. si in nomine. C de test. Facit. ff. de leg. 1. l. 4. Ins. de lega. §. si quis in nomine. Similiter falsa demonstratio nõ officit, puta cũ dicit Lego seruũ meũ quẽ emi a Titio cũ tñ sit emptus ab alio dummõ constet de seruo. Inst. de leg. §. huic ꝓxima. vide in l. fals. de cond. & demonst. Similiter falsa causa non vitiat legatum, vt si dicit lego tale q̃d Petro quia fecit mihi tale seruitiũ, cũ tamen non fecerit. Insti. de legatis. §. longè, secus si ꝯditionaliter. vt ibidem.

37 Vtrũ legãs ancillã Ber-

tione, idem si qs erret in cognomine, & dicitur quasi commune cognationis nomen vt asinell⁹. In praenomine, vt si sunt duo Titij, vni super additur Marcus, nã Marcus est praenomen. Et in agnomine, quod est illud qđ imponitur ab euentu vt Affricanus qui vicit Affricã &c. & dic idẽ in haeredibus. vt in d.§. vide Bar. in l. falsa demõstratio. ff. de cond. & demonstra §. qđ autem.
a §. Titia] vide ibi concord. in gloss.
b L. 2. de aur. & arg. leg.] Non video quo illa l. faciat, ideo dicas vt in verbo Alienatio.
c L. ligni appellatio. §. fin.] Hoc est in. §. Offilius post. vbi ea quae hñt nomen spãle non continentur appellatione lignorum. Tu verò dic hoc esse verum, nisi aliud habeat consuetudo regionis. vt §. offilius et. c. ibidem, & vide totam illam. l.
d Vt in d. l. librorum] Vt glos ibidem in ver. fulcra. quam dicit Barto. esse notandã quia pluries vidi de facto exponit fulcra. i. ornamente lecti. Quare infert Bartol. ibidem si qs legat lectum vxori suae, q continetur nomine legati culcra de serico facit quod no. Bar. in l. fin. §.

tam. & postea vendens eam emit aliam cui nomen Bertae ĩponit, an debeatur ista secunda? Res. quòd sic. ff. de condit. & demonstrat. l. filiae suę. §. Titia [a] vxor.

38 Vtrũ legans mihi omnia sua mobilia intelligantẽ omnes fructus ẽt? ℞. quòd sic. oẽs qui tempore mortis testatoris erant a solo separati. ff. de re. vend. l. si fuctus la. 2. Sed non habebo ex tali legato nomina debitorũ suorum nisi aliter constet de mente, quia nomina debitorum nec sunt mobilia, nec immobilia sed in tertia specie. ff. de re iu. l. a diuo pio. §. in venditione, Itẽ quia non est nostrum quod nobis debetur, sed tantũ illud quod possumus vendicare. ff. de aur. & arg leg. l. 2. [b] Sed tu de hoc dic vt s. Aliena. §. 8. & idem dic de lignis & lapidib. ad ędificiũ ꝑparatis, qđ non veniũt. ar. ff. de leg 3. l. ligni appellatio §. fi. [c] Idẽ in lecto legato venit ornamentum eius vt in d. l. librorum. [d] §. fi. ff. de leg. 3.

39 Vtrũ legatis vestib. vxori veniant aurea vel argentea ornamẽta dictarũ vestiũ vr̃ ꝙ nõ, qa accessoria praeciosiora suo principali non accedunt. Lud. de Ro. i no. tenet qđ veniãt ẽt pciosiora & accedant principali, vt l. & si non sunt. § peruenian⁹, ff. de aur. & ar. le & Bar. in l cum aurũ. ff. de au. & ar. le. & dicit gl. falsam. in l. 1. & planè ff. de pecu. l. quae vult quod accessiones praeciosiores non extinguã tur destructo principali.

40 Quid si legat cẽtũ Titio si voluerit? ℞. ꝙ nõ trãsibit ad haeredẽ Titij, si Titi⁹ nõ expresserit se velle. l. si ita legatum sit. §. illi si volent. ff. de leg. 1.

41 Quid si hñs lancẽ maximã minorẽ & minimã legat lancẽ minorẽ? ℞. ꝙ debeẽ mediae magnitudinis si aliud nõ appareat. ff. de au. & ar. le. l. qui lancem. [e]

42 Itẽ si legat cirographũ intelligitur legasse actiões in eo contentas. l. qui cirographũ: [f] ff. de leg. 3.

43 Vtrũ testator q̃ legauit vni fundũ alij vsumfructũ fundi dẽat intelligi legasse vnicuiq; ipsorũ dimidiũ vsufruct⁹ dicti fundi? ℞. Lu. Ro. in no. ꝙ sic l. si alij ff. de vsufr. leg. secus in iudicijs snia. vt l. & puto. [g] §. 1. ff. fami. ercil. quod verum est si aliud de mente non cõstet.

44 Vtrũ si legãs sic dicit lego centũ Titio & si illos ꝑderet iterũ reliquõ ei alios centũ, eius hęres teneatur plus, q̃ semel restituere. ℞. ꝙ non nisi semel. ff. de le. 3. l. fideicom. §. si quis decẽ. [h]

45 Si legatur alicui vsufructus sub certo tempore puta vsq; quo talis peruenerit ad 20. annos, quanuis talis moriatur, nihilominus vsufructus durat vsq; ad tẽpus 20. annorũ, secus si moriatur vsufructuarius añ 20. annos, qa expirat. si verò legat sub icerta ꝯditione puta donec talis fuerit furiosus vel remãserit & hmõi quorũ euent⁹ incert⁹ est, si ꝯditio euenerit expirat. Si aũt moriaẽ in furore nihilo minus durabit vsque ad vitam vsufructuarij. l. ambiguitatẽ. C. de vsufr.

46 Quid habebit ille cui relinquitur victus & vestitus

vxori. ff. de au. & ar. le. qđ si testãr legat vxori lectũ veniũt & lectus festiuus, Et ibi etiam Bar. no. ꝙ si legantur vestimenta veniũt festiua. Ad hoc facit text. & quod ibi not Bart. in l. cum aurũ § planẽ ff. da aur. & ar gen. le. vbi si testator legat vxori vestimenta, veniunt mãpili auri, & ornamenta coniũcta ipsi vestimento. Adde ad propositum l. i startam. ff de ver. sig.
e L. qui lãcem] Text. ibi intelligit minorem. i. mediam, aliàs in dubio intelligeretur de minima habes s. §. 34
f L. qui cirographum] Idem in l. si seruum filij. §. eum cirographum. de lega 1. & ratio est quia legatum semper debet afferre vtilitatem. l. si credi tori cum. l sequ. de leg. 1.
g Vt l. & puto] Rationem ponit ibi gloss. quia aliàs sententia iudicis non valeret, cũ debet vt diuidat non vt communicet.
h §. si quis. 10.] Ibi dicitur rursus quia infinitas est euitanda, sec⁹ si diceret quotiẽs per l. sicut. ff. quẽ ad. vsufru. amit. & gloss. in dicto §. si quis. 10. Quae facit differentiã inter rursus, & quotiens, qui tamen d. splicet. Bartol. ibidem Sed dicit quod in d. l. sicut haeres

res non erat onerat us, sed benè in d §. si quis. 10. vnde dicit Bar. si illa. 10 reuerten tur ad hæredem, ex eo quia non posset dici grauatus teneretur totiens quotiens.
a Quod idē est] Vide supra alimenta in prin. & expense.
b Et vsufructuaris] videlicet Bartol. in repe. dictę aut. q locum, & i d. l. Titia. Limita tamen hoc nisi sit relict° vsufructus vni° fundi vxori, qa tunc vitum vsumfructum habebit. dicit etiam Bar. in d. l. Titia. q si sit institutus hæres filius cum extraneo, q quò ad partem extranei habebit totū vsumfructum, sed quò ad partem filij solùm alimēta. Et no q si hæres extrane° fuit institutus vulgariter, & hæreditas ad eum peruenit, q dēt vxor habere totū vsūfructum. quia a substituto dictū legatū cepit habere vires. l. qui fundum §. qui filium. ff. ad l. Fal. Et in psona substituti qui est extraneus cesset eō suetudinis interpretatio, Et videtur casus in l. & si contra. ff de vulg. & pu. Sec° in substituto pupillariter, qa iā pupillus fuit hæres patris, & per cōsequens dictū legatū cepit habere vires ab eo q non tenebatur ni si ad alimēta. Et

siue alimenta qđ idē est? a R. dēt hre cibum, potum, vestimenta, lectū, habitationem, & ea sine quibus viuere non posset. ff. de alim. & ciba. le. l. legatus, ff. de ver. sig. l. victus, non tamen ea quæ ad disciplinam pertinent. d. l. legatis.

47 Quid si dicit relinquo qđ vxor mea sit dña & vsufructuaria b omnium bonorum meo ū? R. q p hoc qđ dicit dñam habebit gubernationē domus & familiæ, & eius curā per hoc qđ dicit vsufructuariā habebit victum & vestitum. Similiter si diceretur relinquo eā dñam & dñatricem bonorū meorū, itelligitur quod fm qualitatē pimonij honorificè habeat sua necessaria. & sic gubernatrix domus. & sic sapientes & cōis vsus interpretatur, vt not. gl. in aut. hoc locū hēt. C. si secūdo nup. Et sic fecit Dauid eū dr̄ de eo. constituit eū dñm domus suę. i. rectorē. & sic ponit in Greco. qđ est. ff. man. l. creditor. §. Lucius. dñs tn̄ Bart. Cepola in trac. suo de seruitutib. dicit verū sola alimenta fore relicta p illa verba dñam, & vsufructuariā. si filij sunt instituti. secus si extranei c vt est gl in d. aut. hoc locū. & ibi p oēs. & Bar. in l tria cū testamento §. fin. ff de le. 2. Bal. in l. vnica. C. de indi. 6. quod intellige supstantib. filijs, secus si morerent filij viua matre, qa tunc essent proprietaria. vt no. singulariter Bar. p tex. in l. sicut in annos. in prin. ff. qb° modis vsufru. amit. Hic aduerte q quāuis vir liberet a redditione rōnis de ad-

ministratione, nihilominus tenebitur de dolo, & lata culpa. l. creditor. §. Lucius. ff. man. & reddet rationem aliqualem non tamen scrupulosam. l. si quis rationes. & ibi Bar. ff. de li. leg.

48 Quid si dicit lego vsumfructū oīum bonorū meorū vxori meæ. vel relinquo vxorē meā vsufructuariā? R. q insolidū habebit vsūfructū oium bonorū, ita qđ poterit facere de illis quicqd placuerit, ēt si essent vltra quantitatē alimētorum. ff. de vsu. le. l. vxori meæ. nisi filios haberet, in quo casu filij haberent saltē legitimam partem in vsufructu secundū dñm Odofr. sicut ipse no. in aut. nouissima. C. de inof. tes. quę limitat d d. l. vxori. quò ad filios, sed non quò ad extraneos.

49 Vtrū legās vxori suę habitationes domus suæ, qđ idem est. l. cum antiquitas. C. de vsuf. & in eodem testamento legando dictā domū alteri ademerit dictum legatū vxoris? R. q nō. tex. est in l. Sempronio. in prin. ff. de vsufru. leg. vbi probat qđ leg. generali vsufruct°, vel habitationis non derogat per legatū speciale ipsius rei. Et ibi Bart. & dicit qđ non est alibi tex. p hoc.

50 Quid si dicit relinquo Titio fundū ad vsufructuā dū? R. do. Bar. Cepo. tra. de serui. vrban. pdi. c. 4. & de vsufr. 4. col. q est relicta proprietas. Similiter qn̄ dicit relinquo fundū ad gaudimentū. per. l. proculus. de vsufru. & ibi dominus Flor. qui tamen distinguit verum, si extranei sunt instituti. secus si filij dilecti, & placet in conscietia, licèt alij indistinctè velint q proprietas sit relicta non vsufructus.

51 Qūo potest fieri legatū? R. q p°t fieri

sic substitue° non tenebitur i plus quàm pupillus. d. § qui filium. & idem videtur tenere Imol. in d. l. & si contra. Not. duas cautelas. Si vult testator vxorem existētibus filijs habere vsumfructū f. si dicat relinquo plenum vsumfructum, vel secundo declaret voluntatem suam.
c Secus si extranei] Quia ēt proprietas videtur relicta. gl. tamen adducit opin. sed Bar. recitat opin. Oldr. tenētis primam partem, qa plenius est vis filiorum.
d Quæ limitat] Imo ipsam corrigit secundùm gl. ind. aut. nouissima & Bat. in d. l. vxori. nā filius debet habere legitimam in proprietate, & vsufructu.
e Et ibi Bar.] Dicit ēt q in legato habitationis cō current ambo vt l. si alij. ff. e. ti. qđ tene menti quia quotidie relinquuntur prædia pluribus, & post ea dicit testator vxori lego vsum fructum quia in vsufructu omnes concurrunt.

a Fideicōmissaria] Vbi dicitur si testator reliquerit libertatē seruo si filius p̄uenit ad 25. annum, q̄ it si moriatur erit liber.
b Oīno] Exēplū lego tibi 10. cū hæres moriatur.
c Quin veniat] Nota omnia ista intelligi quò ad trāsmissionē ad hæredes.
d Nisi aliud impediat] idest in dignitas quo casu fiscus adimit hæreditatem vel legatum.
e Tñ quia certū est] habēt tñ tal lentias, vt p gl. ī d.l. si cū hęres.
f Nec obstat. l. si sic] Vbi dicit, q̄ legatū factum seu fideicōmissum, si putauerit hæres, si p̄bauerit, si bonum æstimauerit, valet, quia tanquā in viri boni arbitriū collatum est.

quibuscūq; verbis, aptis tñ & idoneis, vt si dicat lego, do, dare iubeo, volo, rogo, posco, opto vt des. l. 2. C. coia de leg. Itē pōt fieri purè, vt cum dr, lego tali. c. & in diem, vt lego tali vsque ad pascha. Et dic vt lego tali a paschate ī antea, & sub ꝯditione p̄ si, vt lego tibi. c. si filiā meē acceperis. vel p̄ cū, vt lego tibi. c. cū fueris 14. annorum, tunc inest cōditio hęc dū cōpletus fuerit. 14. annus, & non aliter. C. de leg. l. fi. Fallit tamē in libertate cū videatur potius esse relicta in diē, puta si dicit seruum liberū iubeo cū filius meus erit. 25. annorū. C. de fideicom. lib. l. fideicōmissaria. a Et vt scias differentiā inter legatū qñ fit purè, & qñ fit sub cōditione, vel in diē, no. q̄ qñ legatū fit purè statim mortuo testatore cedit legatario, vt j. §. 56. Quādo verò fit sub cōditione, ante cōditionis euentum non cedit legatario, & ideo si morietur ipse legatarius antequam conditio impleatur remanebit apud grauatum, & non transmitet ad suos hæredes. Limita hoc in legatis ad pias causas, vt s. §. 8. Qñ verò legatū fit in diē, tunc dies est incertus omnino, b sic legatum est conditionale. l. dies. ff. de condi. & demonstra. & l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de ver. oblig. & l. si dies. ff. quando dies leg. ce. & gl. no. in l. Seius Saturninus. ff. ad Trebel. Si verò dies est certus omni certitudine, vt puta cū legatur Titio in pascha futuro vel qñ curret. 1580. & huiusmodi, vel dies est certus ad minus in se licèt sit incertus in proprio subiecto, puta cum relinquit talis possessio Titio qñ erit. 15. annorū, q̄a istud tēpus est certū in se, q̄a suo cursu perire nō pōt q̄n veniat c illud tēpus, sed in p̄prio subiecto & sub tali qualificatione benè est incertū, q̄a talis pōt mori antequā sit. 15. annorū. Et tūc legatū factū tali tpe vel die cedit legatario statim a die mortis testatoris quò ad transmisionem, quia si legatarius moreret post mortē testatoris, & ante illū diē vel tēpus, nihilominus legatū debebit eius hæredibus, vt patet in l. vnica. §. cū igit. C. de cadu. tol. Idē dic qñ legatur fructus q̄ nascenē ex tali fundo, q̄a licèt moriat legatarius tñ trāsmittit ad hęredes suos, vt no gl. in l. itē quia. ff. de pac. Intellige nisi aliud impediat d l. si ea quęstio. C. de his q. vt ind. hoc patet ī l. si cū hæres ff. quādo dies le. ce. & l. hæres. in prin. ff. de cōdi. & dem. vbi patet q̄ qñ quis legat Titio possessionē cū morieē licèt sit incertū qñ morieē, tamē q̄a certū est e q̄ morieē, & ideo legatū est ad diē certū, & sic debebit eius hæredibus, secus si legaret sic, hæres dato possessionē Titio cū morieris, q̄a sic est cōditionale, q̄a est in diē incertū, cō q̄a ignoratur q̄s prius sit moriturus, an hæres vel Titius. Et ideo si Titius p̄morieē legatū remanebit apud hęredē grauatum. Itē aduerte q̄ dictio, si, non semp̄ facit ꝯditionē, nā qñ apponiē tēpori p̄terito vel præsenti, nō facit conditionē propriè. l. institutio talis, in fi. de condi. institut. & l. eas. in princ. ff. de condi. & demonst. & l. si ita stipulatus fuero hanc summā. ff. de verbo. oblig. Nec ob. l. si sic. f ff. de leg. 1. q̄a impropriè loquitor, qñ verò si respicit euentū futuri tēporis cuius euentus est certus oī certitudine, sic non facit cōditionē, s̄m Bar. in l. 1. 2. col. vbi plenè, ff. de cōdit. & demō. Idē dic qñ cōditio est impossibilis. l. 1. ff. de cōdit. insti. Sed qñ euētus est certus an, sed incertus qñ vt mors, sic facit conditionē s̄m Bar. vbi. s. & gl. in l. omnibus obligationibus. ff. de regu. iur. similiter facit conditionē quādo euētus est oīno incert°. Itē dictio si aliqñ poniē pro quia. l. videamus. in prin. ff. de in litem iuran. l. Titiū & Mæuiū. ff. de adm. tuto. Aliqñ ponitur pro quāuis. l. fin. C. de liber. & eorū liber. Aliqñ ponitur simul cū dictione & tūc & sic stat pro quāuis. l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nuncia. & diffusè vide Bar. vbi s. Dictio verò cum, aliqñ habet vim copulę l. illi cū illo. ff. de vsufruct. leg. & sic non facit cōditionē nisi antea appareat voluntas disponētis l. si ita fuerit. la 1. §. fi. ff. de testa. ma & l. si ancilla. ff. de leg. 1. Aliquando verò cum est coiunctio, videlicet

a L. si Titio in prin.] Vbi si legetur Titio cũ factus fuerit. 14 annorum, si decesserit ante, expirat legatum.
b Cũ petiero] Videtur enim magis positum hoc verbum, vt celeri⁹ soluatur, i vt semp sit paratus.
c Bar. in d. l. q. bus diebus] §. terentius. 3 col. ver. quid si testator, vbi dicit q testatores cõmuniter ignorãt q. importãt hęc verba, & ideo faciũt modum &c.
d Et alterius etiã] Vt si ꝯ iam cũ illa vel si moreretur cum illa.

cet qñ apponit verbo pręteriti, vel præsentis tẽporis, & sic nõ facit ꝯditionẽ, sed ponit causatiuè cum ꝑ qa, vel aduersatiuè ꝑ quãuis l. demõstratio. §. 1. ff. de ꝯdi. & demonstr. & ibi Bar. 3. colu. Aliqñ reperit aduerbium. s. cũ ꝑ qñ, quod est qñ apponitur verbo futuri temporis, & sic videt q tũc nõ sit differentia inter si & cũ, & q vtrũq; faciat conditionẽ. l q promisit. ff. de cõdi. indebi. cũ multis alijs in gl. d. l. pe. ff. de condi. & demonstra. vbi Bar. 3. col. versi. secundò quæro, sed qa multę leges videnẽ contrarię Bar. ibidẽ dicit. s. ĩ d. l. 1. ff. de condit. & demon. ver. tñ, quia q est triplex differentia. Prima qa si principaliter denotat conditionem, secũdariò verò tempus, qa nulla est conditio quę in se non habeat tẽpus futurum. Cum verò denotat principaliter tempus quia est aduerbium tẽporis secũdariò cõditionẽ ꝑbatur in l. si Titio, in prin.[a] ff. qñ dies le. ce. Et ideo qñ ponit circa substantiã obligationis. vel circa voluntatem q̃ exprimit per verbũ futuri subiũcti ui; si ponit per si non valet, sed benè ꝑ cũ, verbi grã. Stipulatio q̃ fit sic, promitto tibi centũ si volueris nõ valet, sec⁹ si dicat, promitto tibi centũ cum volueris. l. cẽtesimus. §. si ff. de verb. ob. qa in primo conditio est expressa per si, in secũdo est tacita ꝑ cũ, & expressa nocẽt. l. non nunq̃ ff. de condit. & demon. Secunda differentia est quia si legas mihi decem cũ petiero, [b] non facit ꝯditionẽ. l. si decedã cũ petiero. ff. de verb. obli. l. Titia. ff. de cond. & demon. sed bñ si lego decẽ si petiero, vt no. in d. l. si decẽ, qa ꝑ si cõditio expressa, ꝑ cũ tempus principaliter. Et ideo cũ talis tẽporis expssio sapiat exactionem de pręsenti siue executionem. nullã suspensionẽ inducit, & ideo licèt moriatur antequã petat nõ deficit cõditio. l. liber hõ. §. decẽ. 1. ff. de ver. ob. Tertia differentia est, qa siue apponaẽ circa dispositionẽ, siue circa executionẽ facit dispositionẽ ꝯditionalẽ. l. qbus diebus. §. quidã Titio. ff. de cõditio. & demõstr. Sed cũ facit dispositionẽ ꝯditionalẽ in vltimis volũtatibus, vt d. §. quidã Titio, & ibi no. secus in ꝯtibus, sed benè facit dispositionẽ resoluẽdã sub ꝯditione, vt ff. de ĩ di. adiect. l. 2. & ibi bona gl. limita tamẽ q cũ facit dispositionẽ in vltimis volũtatibus conditionalẽ, verũ qñ addicit dispositioni vltimæ quæ cõcernit voluntatẽ disponendi siue dispositionẽ. l. si cui leget. ff. de leg. 1. nisi qñ relinquitur cõiunctæ psonæ, qa tũc in dubio facit diẽ d. l. Seius saturninus. ff. ad Trebel. sed secus qñ dispositio concernit pceptũ soluendi siue executionẽ & tẽpus certũ saltẽ in se, sicut ẽ tẽpus certæ ætatis, qa tũc nõ facit cõditionẽ sed dilationẽ, qa de natura cũ est facere tẽpus. l. ex his verbis, vbi bonus tex. & gl. in secũda solutione, & ibi Bal. C. qñ di. le. ce. Aduerte ẽt q licèt dicaẽ lego tibi centũ ea cõditione vt facias tale qd q tale legatũ non est couditionale. sed modale. l. Męuia. ff. de ma. testa. & l. 2. in fi. ff. de dona. & sic verbum ea conditione accipitur impropriè secundùm Bar. in d. l. quibus diebus.[c]

52 Vtrũ relictũ in diẽ debeaẽ cũ fructibus intermedij tẽporis? ℞. q si gratia legatarij fuit appositus dies, puta qa purè sic debetur. Si verò dies fuit appositus gratia hæredis, sic non debentur, & sic cõcorda. l. in si deicõmissaria ff. ad Treb. & l. in fideicõmissi. §. cũ polidius ff. de vsur. & l. eũ. ff. de aon. le. & est glo. in d. l. ex his verbis, vide Pan. in c. nos quidem. de test.

53 Sed pone q legatũ cõditionale nõ impleẽ non ex defectu legatarij, sed alio modo? ℞. q aut ꝯditio respicit factũ ei⁹ cui relinquit solũ, vt puta si manumiserit seruũ suũ, vel ascenderit capitoliũ, & tũc si ꝯditio deficit ꝑ casum, qa moriẽ seruus morte naturali, sic ꝯsequereẽ legatũ. l. q̃ sub cõditione. §. quoties. ff. de cõdi. insti. nisi fuerit in mora. l. pe. in prin. ff. de condi. & demon. Si verò deficit ꝑ aliũ, puta qa fuit interfectus, tũc aget ꝯ interfectorẽ. l. Aqui. l. inde Nerati⁹. §. idem Iulianus. 1. & 2. ff. ad legẽ Aquiliã. Et si occisor est nõ soluẽdo, de æquitate debet admitti ad legatũ. l. Titio cẽtũ. § si. ff. de cõdi. & demõ. & l. fi. §. 1. ff. de eo ꝑ quem fa. erit. Si verò ꝯsistat in facto eius cui relictum est, & alterius etiam,[d] tunc si per casum

sum fortuitũ euenit nè impleat, qa vn⁹ eorũ moritur amittet legatũ, nisi fauore alimẽtorũ.l.annua.ff. de annu. leg. Si verò nõ p casum sed per factũ alterius, sic nõ amittet sed ipsum habet, ratio quia per eum non stetit. Hæc distinctio probatur in l.in testamento.la.2.vbi gl. facit hãc distin.ff. de cond. & demon.& in gl.l.1.C.de inst.& sub.& est ęquissima, nisi aliud dicas in aliquo casu fauore libertatis. l. cũ ita legatum.ff. de condi & dem. Limita etiam illud ꝙ dicitur ꝙ qñ conditio non impletur per factũ eius verum ꝙ legatum deficit, nisi cõditio esset inhonesta, qa sic habetur pro nõ adiecta d.l.cũ ita legatum sit.ff. de condi.& demon.

54 Verũ legatũ factum sub cõditione, si nupserit Sempronio, expiret, si nõ ei nupserit? [a] Respo.quòd sic si honestè possit ei nuber̃, sed si sit indignus ei⁹ nuptijs tenet legatum, licèt ei nõ nubat, quia conditio quæ perpetuam viduitatẽ inducit remittitur sed non quæ tẽporalem, [b] & quod vni permittitur alteri prohibetur, & ꝙ in vno prohibetur [c] in cæteris permittitur hęc habentur ex l.cum tale legatũ sit. & in l. cum tale legatũ S.meuiæ.ff.de cond. & demonst si idem legatum sit vt nubat ẽm arbitrium Sẽpronij, quia ꝓinde est ac si nõ sit adiecta.l. filiæ suæ.ff. de cond.& demon.in prin.

55 Qua actione petũtur legata? ℞. ꝙ nõ solùm per actiões personales, sed etiã per in rem & hypothecariã in res mortui, & idem dic i fideicommissis, vt instit. de leg S.nostra.& C. communia de leg.l.1. post prin.

56 Quando possunt peti legata? ℞. ꝙ non possunt peti nisi adita hæreditate, nisi in legatis ad pias causas de quo j.Legatum.2.S.9.vide scias ꝙ dominium rei legatę postquam adita est hæreditas ipso iure transit ab eo qui [d] legauit ad legatariũ recta via.ff.de fur.l. a Titio no.gl.in c. Raynald.de test. in ver. petendo. Et ideo ex tunc pertinẽt ad legatariũ fructus rei legatę. [e] no.gl. in l.in legatis.C.de vsur.l.a Titio.ff.de fur.l. legatum,l. 2.ff.de leg.2 & l.si tibi homo S.cum seruus.ff. de le. 1. Fallit hoc quando legatur res aliena.l.cum alienam. C. de leg.& l.non dubium.ff. de lega. 3.Item in legato relicto in genere.l.apud Aufidiũ.ff.de ope. leg.Idem in legato alternatiuè.l. hmõi. S. Stichum.ff.de leg.1.& l.statuliberum.S Stichum.ff.de lega. 2. Item in legato facto in diem, quia nisi adueniente die non transit. l.Sempronius.ff.de vsuf.leg. Item quando aggrauat l. heredem ad vẽdendum rem.l. vxorem.ff.de leg.3.S.agri.

57 Quo ordine capiẽt legatarij? ℞. ꝙ nullum ordinem obseruamus, sed simul omnes æqualiter tenemur, dicit tex.in l.is cui S.si plures.ff. vt in poss.le.

58 Quib⁹ modis efficitur caducũ legatũ? ℞.ꝙ trib.modis. Primò qñ quod legaẽ in testamento habetur pro non scripto, & hoc contingit tripliciter. Aut quòd decessit legatarius quem testator viuere credidit. Aut quia quòd legatur non est in rerum natura, nec potest esse, vt equus mortuus quem testator viuere credidit, aut qa rei legatæ nullum est commertium, [f] vel quæ alienare prohibentur, vt dicit Azo. ꝙ etiam si sit commertium, sed cũ grãdi difficultate, [g] vt in prędijs necessarijs Cęsaris, non valet legatũ, nec æstimatio eẽ dabiẽ, vt inst. de leg.S.sed si talis res, nisi voluntas testatoris appereret velle ęstimatiõem dari, qñ

 æstimari

a Si non ei nupserit] Conditio etiam purificabitur si matrimonium solum fuerit contractũ per verba de præsenti etiam si nõ fuerit traducta ad domũ.l. cui fuerit & ibi no.glo. & doc. ff. de condi. & demonst.Et no.Bar.i l. Titio centum. S Titio genero. eo.ti.vl. col.& Bar & Baldus in l sancim⁹. C.de nup. & Alexan.consil.15.2. partis viso ꝓcessu cãæ vertentis.

b Sed non quæ temporalẽ] De hoc not.C.de indi.vidui. tol per totum.

c In cæteris] Permittitur. n. mulieri vt Titio nubat, & prohibeẽ nè alteri nubat, & econuerso.

d Transit ab eo qui] Ex quo sequitur ꝙ præferuntur chirographarijs, vt dicit gl. in l. his cui. S si plures. i ver.nõ habetur.ff i pos. leg Hoc est verũ in legatis particularibus sed in legato quotæ bonorũ non transit dominiũ. Ita tenent Bar.Bal.Ange.Imo. & Paul. de Ca.i l. si quis bonorum, de le. 1.& cæteri oẽs in l. non ampli⁹,in S.cum bonorum eum l.sequen de legat 1.

e Fructus rei legatę] Adde gl.in l.hæredius.ff de vsu quæ dicit hęredem excusari si ignorat eẽ legatam & fructus ante moram percipiat.

f Nullum est cõmercium] Scilicet nullus contractus super ea re haberi potest vt domus regis, & res ecclesiæ non possunt legari, hoc verum in rebus pertinentib. ad Papam, secus in rebus inferiorum ecclesiarũ, vt probat Ias. in l.apud Iulian. S. si.pe. col. de leg. 1 Ale. consil.10. co.7.li.2. incipit visis d thematæ.

g Grãdi difficultate] Scilicet qñ maxima difficultas ẽ circa, rẽ legatam, vt quia haberi non potest, secus si est difficultas cir-

ca temporis breuitatē tex. & ibi Iason dat limitationes ad hoc in l. si mihi & tibi. §. si quis seruis. ff. de leg. 1.
a Et præstabit talis hæres] Vt l. mortuo hone. §. Labeo. 1. respon. ff. de leg. 1.
b Si sciebat] Idē est si ignorabat testator, & legatarius erat cōmunicata persona, quia debetur æstimatio, vt ar. l. cum alienam. C. de legati. ita tenet Pe. de Bella Perti. Ni. de Neap. Raph. Cuma Alex. & Ias. in d. § fi.
7 Quid si alter côsensit vt alter voueret statu non mutato? ℞. ꝙ consentiens nihilominus potest exigere secundū Inn. & sequitur Pa. in c.1. de conuer. coniug. si ipse consentiēs nô vouit, [e] & ille qui vouit teneē reddere, sed nullo modo exigere ēt si non exigendo esset onerosus alteri, qa concedendo licentiam in hoc sibi præiudicauit.

8 Sed nūquid poterūt mutare statum, puta effici religiosi, vel aliter ordinari? ℞. vt colligo ex Pa. i d.c.1. aut hoc pcedit ex côi consensu. Et tunc si alter vult effici eps, requiritur ꝙ vxor prios sit professa in aliquo monasterio ēt si nō sit suspecta de incontinētia vt in c. sanè de conue. coniu. est.n. spâle hoc. Si verò non vult effici episcopus sed subdiacon⁹ diacon⁹. vel p sbiter aut religionē intrare, tunc pôt de consensu alteri⁹ partis, quāuis altera [f] pars nô voueat continētiam. Facit c.significauit, & quod ibi no. de conuer. coniug licēt nô debeat quis ordinari ad sacros ordines vel recipi ad religionem, nisi vxor faciat votum similiter castitatis, vt in c.cū sis de côuer. piu.

c per venerabilem, q̄h. fine leg. c. cū Matth. de re mi. Item in fauorem fidei c. gaudemus, de di. c Non dêt retorqueri in dānum meum] An. sed hodie. C. de ad. & ideo est quia vir solū fuit liberatus a seruitute qua debebat côiugi & non econuerso vnde remansit viro integra iurisdictio quā hêt in muliere ar. c. quidā, de conuer. coniug. Item si non teneretur iuuita mulier reconciliari daretur occasio mulieribus delinquendi vt a viris separarentur, sic in ca. ex parte, de conue. & hoc cômuniter tenētdo ctores. Ad cotraria vide vt in regula factum legitime de re iu. 6. d Nisi intrasset] Intellige post professionē, secus ante p. ofessionē d.c. ex literis. e Non vouit] Qu a hoc ambo possent, & matrimonialia essent sanctiora qa deo possent meli⁹ vacare. c. quod Deo. 33. q. 5. f Quamuis altera] Intellige

9 Sed pone ꝙ cū consensu alterius vir sit fact⁹ religiosus vel sacerdos, nunq̄d ille q̄ consensum dedit poterit alium repetere? ℞ ꝙ in hoc sūt opi. Ab. in d.c.1. In in d.c. q̄dā teneē ꝙ si est iuuenis pote. ii, & ad ei⁹ petitionē dêt ingress⁹ vel ordinat⁹ reuocari

Cal.

Cal. tenet [a] ꝙ non poterit ipsum repetere, sed bñ implorare officium iudicis, & iudex ex officio nè adulteriũ committatur per remanẽtẽ in sęculo educet adul terũ de monasterio, vel or dine & coget redere debitum. Alii volũt (& hoc magis mihi placet) ꝙ si ille qui dedit licentiam est iuris cõ scius ꝙ nõ poterit repetere nec ex officio ei restituet, quia dando licẽtiam taliter mutandi statum, videtur vo uisse castitatem, saltem du rante vita alterius, quia qui vult vnum videtu velle & omne illud per quod perue nit ad illud c. prudentiã. de offi. deleg. Facit c. vidua de regula. Sed igressus alteri' non debet fieri nisi alter vo ueat continentiam. vt in ca. cum sis. de conuer. coniu. er go dando licentiam videt vouere. Si verò istud ius ignorauit, sic restituetur ei, saltem ex officio, hoc tenet gl. in cap. qui vxorem suam 33. q. 5. & in c. feriatim. 32. di. & secundùm eam concorda opinio.

10 Quæro nunquid iste restitutus post mortem vxoris vel alterius partis teneat re dire ad monasterium? ℞. ꝙ sic. hoc dicit Pan. in d. c. 1. quia est verè religiosus ex quo vxor consensit, facit. ea. ex parte el. 1. de conue. coniuga. & quod ibi no. Bal. idẽ dic de ordinato ad sacros ordines, ꝙ tenetur viuere castè & clericaliter.

11 Quid si quis intrat religionem vel accipit ordines sacros vxore contradicente vel ignorante? ℞. ꝙ vxo: poterit eum reuocare d. cap. quidam & ipse teneẽ sibi debitum reddere, sed non poterit exigere, nisi quando nõ exigendo efficeretur nimis onerosus alteri parti. vt dictum est supra.

13 Pone ꝙ vxor sciuit, & non cõtradixit nec licentiam dedit sed dissimulauit, nunquid reuocare poterit? ℞. ꝙ sic. vt no. in c. cõsuluit de conuer. cõiug. Idem dic si consensit ex timore iusto. vt in c. accedens. eo. ti. Idem dic [b] si per dolum consensit. c. veniens. eo. ti.

13 Pone ꝙ vir vxore contradicente vel dissimulante intrauit, vel ordinatus est in sacris & eum vxor non repetijt in vita sua, licèt potuisset, poterit nè talis post mortem vxoris exire, & aliam accipere vxorẽ? Respon. secundùm Cald. & sequitur Pa. [c] in d. c. 1. non, quia causa cessante quę inualidabat eius ingressum, cessat & sequella, & sic tene quanquam Inn. in d. c. quidam multum variauerit.

14 Sed nũquid si talis reuocetur ab vxore ipsa mortua tenebitur redire ad monasteriũ vel viuere clericaliter in castitate? ℞. ꝙ quò ad alium qui sacros ordines recepit non est dubiũ quod teneẽ viuere in castitate, & si contraheret de facto cum alia non teneret matrimonium, vt in c. vnico de voto lib. 6. sed de illo qui solùm religionẽ ꝓfessus fuit est opin. diuersa inter doctos. Sed ego credo quòd non tenetur redire, quia obligatio semel extincta non reuiuiscit. l. qui res. §. aream. ff. de sol. Sed solùm castè viuere, [d] quia eam quantùm in se fuit potuit validè promittere, & secundũ hãc distinctionem potes concordare doc. in d. ca. quidã. Et ita limita & intellige. d. c. quidã.

15 Quid si talis non solũ non vult redire ad religionem, sed de facto mortua prima vxore ꝯtraxit cũ alia? ℞. quòd licèt d. Anr. in d. c. quidam teneat tutius esse dicendũ quòd non teneat matrimonium, tamen mihi videtur ꝙ sit tutius tenere ꝙ teneat, si fuit reuocatus ab alia vxore. Rõ quia vt [e] matrimonium nõ teneat oportet vorum sit solẽnizatum per ꝓfessionem tacitam & ex pressam vni de religionibus approbatis vt in d. c. vnico. sed iste non fuit ꝓfessus, quia votũ fuit nullum quò ad ius positiuum, q̃a paria sunt non profiteri & inualidè profiteri. ar. c. 2. de transla. prælat. Iẽ videtur tex. pro hoc no. in d. c. quidam vbi non compellitur redire ad monasterium. Sicut facit in c. ex parte. el. 1. eo. ti.

16 Sed pone ꝙ nõ reuocaẽ ille q̃ intrauit ꝯdicente vel ignorante, vel dissimulante altera

---

hoc nisi esset suspitio de incontinentia, q̃a tũc debeẽt primo vxor religionem intrare secundùm Panor. vbi supra.

a Cal. tenet] Hęc opi. placet Pa. in d. c. 1. tñ vr̃ sentire istã concordiã q̃ hic ponitur, & ideo tene eam.

b Idem dic] Nisi post ratificet: c. insinuãte. qui. cle. vel vo.

c Et sequitur] Pa. ĩ tex. secũdũ tertiũ & veriorẽ intellectũ in c. consuluit de conuer. coni. 1. & ibi Pa. quia intrans religionẽ vr̃ intrare cã seruiendi deo, vñ cessante causa validatur eius ꝓfessio & nemo ꝓsumitur immemor propriè salutis.

d Sed solũ castè viuere] q̃a continẽtia includitur sub ingressu religionis. c. cum ad monasterium, de sta. mo.

e Rõ quia vt] Et hãc opi. tenet Pa. in d. c. qdã. Nõ debet vt dicit ibi gl. debitor exigere quia ꝯ consciẽtiã faceret de sẽ. exc in c. inquisitioni de sent. excõ. c. literas.

altera parte nunquid post mortē poterit exire? ℞. Cal. vt no. Pa. in d. c. 1. ꝙ nō quasi per mortē validetur monachatus In. variat. Sed tu dic ꝙ nisi vxor consenserit expressè si statim egredit̄ & contrahit tenebit matrimonium licèt peccet mortaliter, secus si vxor postea in vita sua consensisset, quia sic tenet professio.

17 Vtrum sponsa violenter cognita a viro possit intrare religionem, ipso inuito? ℞. Pan. in ca. vèrum de conuer. coniu. sequit̄ opi. Bar. Brix. qui tenet quod potest [a] quia non videtur cōicasse corpus suum ex quo inuitè fuit cognita facit. c. ille autem. 32. quæstio. 5. Posset dici esse verum hoc vbi illa non fuit in culpa tardationis ingressus vbi autem fuit in culpa nimis tardando [b] ingressum, sic non posset intrare, quia ille exegit ꝙ sibi debebatur, & sic est extra culpam. Et secundùm hanc dist. concordari possunt opi. quas recitat Ioā. And. in regula quę contra. de reg. iur. li. 6. in mercur. Et secundū hoc etiam oportet dare vnam limitationem ad c. ex publico. de conuer. coniug. Vt videlicet intelligatur quos deus coniunxit. s. per carnalem copulam voluntariè habitam vel ex debito extortam & est singularis. Attamen ego hoc nulli consulerem sed potius iudicarem matrimonium [c] consumatum ita ꝙ alter alteri matrimonialiter coniungi nō possit altero viuēte cui nec carnaliter fuit copulatus. No. & Rodo. tenent ꝙ si sponsa erat de futuro quod poterit & placet quia est verum nec habet dubium. [d]

18 Vtrum matrimonium non consumatum inter fideles legitimè contractum sit disolubile? ℞. quòd aut fuit contractum ætate indebita. s. ꝟ. annos pubertatis. & sic cum peruenerint ad ætatem debitam si alter eorum vult dissoluitur. vt in c. de illis. el. 1 de spon. impu. & idem dic [e] si solū alter erat in ætate debita, ꝙ cum peruenerit ad ætatem poterit dissoluere, verum est ꝙ hoc dēt fieri autoritate ecclesiæ. vt no. glo. in d. c. de illis. imo tex. hoc dicit. Aut fuit contractum in debita ætate & tūc si alter vult solū promouerí ad sacros ordines [f] non potest nec dissoluitur m̄rimoniū, vt communiter tenetur in d. c. 1. & in c. verum. de conuer. coniu. Aut vult intrare religionē, & sic potest & dissoluitur matrimonium statim per professionem [g] factam; ita quòd alter qui remansit in sęculo liberè pōt ɔtrahere cū altero, sed an-

a Quod pōt] Alii rationē assignat nē scilicet videatur melioris conditionis delinquens, quàm sapiens ar. c. cum qui. de pręben. lib. 6.

b Nimis tardando] Nam post cōtractum matrimonium de præsenti debet statui terminus duorum mēsium vel ad arbitriū ordinarij in quo volens intrare deliberet vel stare in matrimonio vel religionem ingredi. vt in c. ex publico. & ibi glo. & Pa. de conuig. & post tale tēpus dr̄ esse in mora. idē S. Bo. in 4. dst. 32. ar. 1. q. 2

c Iudicarē matrimoniū] S. Bo 4. di. 32. q. 2. dicit ꝙ consensus violentus nō ratificat matrimoniū quia ē fundamētum matrimonij, sed in ista copula est secus. qa quāuis sit violēta est tñ fundata super consensum volūtariū qa est maritalis, ideo voluntaria iudicatur, præterea consensus de sui ratione importat libertatem non sic cōiunctio corporalis. hæc ibi. vnde in spōsalibus cū non fuerit plenᵘˢ cōsensus qa erat de futuro nimirū si copula violenta non efficit m̄rimoniū vt hic in fin. concluditur & benè.

d Hæc habet dubium] Si autem de pręsenti, tenet Ho. ꝙ non pōt, qa matrimoniū est consumatum.

e Et idem dic] Adde bonum cōsiliū Hostiē. in d. capit. de illis. Nam dicit quòd canti debent esse impuberes qui cōtraxerunt sponsalia, quod si volunt post pubertatem contradicere demonstrent de contrario consensu protestando vel simili modo intra tempora pubertatis. Nā si postea cum eis vnus fiat pubes & non alter reclamet coram iudice quia non potest cum alia sit impubes, adhuc isto casu nō videbitur ratificasse spōsalia & ꝑ superuenientiam perfectę ętatis efficaciter obligatus quia illa contradictio demonstrat ꝙ nō habuit animū cōsentiendi. Et iō dicit optimū vt sępe fiāt hmōi ꝓtestationes. Et sequuntur communiter doct.

f Ad sacros ordines] Glos. in c. 1. de vo. in. 6. disputat sed hodie est extrauagans Io. 25. incipit antiqua quę declarat quod solū ingressu religionis dissoluit matrimonium nō cōsumatū & nō per ordinis susceptionē Ita Pa in d. c. versi. Et si esset electus in Papam gl. est in c. si quis 79. dist.

g Per professionem] glo & Pa. in d. c. ve ū. videtur dicere ꝙ per ingressum statim dissolutum sit vinculum, & dicit Panorm. hoc sequi communiter docto. Et hoc ipsi Panor. placet per rationē. d. c. verum. in fin. du dicit quia cū non fuissent vna caro simul effecti satis potest vnus ad Deum transire, & alter in sæculo remanere. Item dicit S. Bonauen. ꝙ per ingressum religionis homo censetur mortuus mūdo, ideo non est mirum si dissoluitur hęc Bo. in 4. dist. 32. quæ. 2. ar. 1. Item quia matrimoniū nō consumatum designat vnitatem quæ consistit in spiritu, inter deum & fidelem animam. Vnde sicut dissoluitur per peccatum hominis hæc vnio, ita matrimonium facilius dissoluitur ꝗ quando est consumatū. Vnde ex quo alter intrat religionem

ligionem neque intcodit cōsumare, satis vr̄ hoc vinculum dissolutom. Et ad materiam vide gl. in d.c. de ꝑonsata in 27. q. 2. & in c. pastoralis. 7. q. 1. & in ca. 2. 32. q. 7.
a Tacitam vel expressam] vid. Ge. in c. bn̄ncium de reg. lib. 6. & ī. canonica port. §. 4
b Nō tn̄ religio] quia non vouet tria substantialia regulæ nec dn̄r hr̄e regulam, sed quedam viuendi modum sicut in simili dicit glos. no. in cle. 1 de relig. do. & in cle. cū ex eo de senc. excomm Imo & coniugati possūt eē de tertio ordine sancti Francisci, vn̄ nimirū si efficiatur qs de eodē ordine ante mr̄imoniū cōsumatum si non dissoluitur &c. vide extrauagā. Io. 22. vbi de hoc clarius.
c Et quia sæpe] secūdū Sco. in 4. di. 41. in fin. Non est admirandum si solicitudine tā tam ponit ecclesia in ordinando mr̄imonia Quia cōitas christianorū vtitur matrimonio per cuius vsum multiplicat popul⁹ christian⁹, & iō sic ordinari dēt vt in eius ꝯctū, & vsu vitentur ea quæ obuiant charitati siue in deum siue in proximū. Et seruanda sunt ea quæ congruūt honestati. Vt sic honestū christianū matrimoniū cōgrue significet

te professionem non vide gl. in c. desponsatam. 27. q. 2. vt in c. verum, & in ca. ex parte. el. 2. ꝺ conuer. coniu. & intellige per professionē tacitam vel expressam a factam, & vni de religionib⁹ approbatis, aliter non dissoluitur, vt in c. vnic. de voto. li. 6. Ex quo infert Pa. in d.c. ex par. el. 2 ꝙ licēt sponsus efficiatꝛ mantellatus vel de tertio ordine nō soluitꝛ matrimoniū, qa licēt sit modus approbatus, non tn̄ religio: b Similiter non dissoluit per ingressum solū religionis approbatę nisi (vt dixi) tacitē vel expresse profiteatur. vn̄ si qs intrare vellet & non profiteri nō posset altero inuito. Aduerte tn̄ ꝙ sunt quædam mulieres de tertio ordine sancti Francisci q̄ viuūt collegialiter, & profitentur tria vota religionis ex concessione apostolica. & ideo talis professio benē dissolueret matrimoniū non consumatum, sicut declarauit Sixtus Papa quartus siue ante sit contractum, siue post dictā professionē contraheret.
19 Et quia sæpe c a doc. & in sacra scriptura fit mētio de coniunctis per ꝓpria nomina, vt ipsa quisque intelligat sub breui compendio inferi⁹ clarē demonstrabo. Nurus dr̄ vxor filij patri & matri viri sui. Gener dicitꝛ vir filię patri & mr̄i vxoris suæ. Socer dr̄ prędictus pater, & socr⁹ prędicta mr̄ dictis nurui & genero. Nouerca dr̄ secūda vxor filijs ex alio mr̄imonio viri. Vitricus dr̄ secūdus vir filijs ex alio matrimonio vxoris. Priuigni & priuignę dn̄r prædicti filij & filię alteri copulato. Patruus, & amita sunt frater & soror pr̄is, auunculus & matertera sunt fr̄, & soror mr̄is & istis si addiꝛ magn⁹ sunt fr̄ vel soror aui vel auiæ. Patrueles sūt filij duorū fr̄m q hn̄t ēt patruū, & amitā. Consobrini sunt filij duarū sororū inter quas hn̄t ēt auuūculū & mr̄terā. Amitini & amitinę sūt filij fratris & sororis īter se.

etiam benedictā cōiūctionē Christi, & ecclesiæ de qua dicit Apostolus. Sacramētum hoc magnum ē, dico aūt in Christo & ecclesia. Eph. 5. Quæ coniūctio nunc est ꝑ fidē & aliqualē dilectionē. Sed in patria erit per visionē & perfectā fruitionē sponsæ nō habentis maculā neq; rugā ad sponsum speciosum præ filijs hominum.

MEDICVS tripliciter ꝑt eē in culpa ꝺ morte infirmi. Primō añ factū. s. qñ itromittit se de eo qꝺ ignorat, vel ad ipsum non spectat, vel non sufficit ad agēdū solus. Secundō in facto, qa licēt peritus non tamē sequitꝛ traditiones artis, sed fantasiam sui capitis, vel experimenta noua, intellige nisi experimenta noua, vel sua fantasia sit rōnabilis, quia liceret. Tertiō post factum quando est negligens circa custodiam infirmi ita no. Bar. Ion. & Ho. ī c. tua de homi. & ibi etiam Pa.

1 Vtrum euentus mortalitatis debeat medico imputari? R. ꝙ non, si diligentiā quā debuit & potuit exhibuit. ff de of. præsi. l. illicitas. §. sicuti. nam non est in medico vt semp curet ægrotū dicit ibi gl. vide supra homicidiū. 2. §. 18. Et aduerte ꝙ medic⁹ tenetur in foro aiæ non solū quando volūtariē lædit puta prorogando infirmitatē, & huiusmodi, sed ēt quando ex ignorantia, vel imperitia, vel non sequens traditiones artis aliquē læsit, vt no. Pe. in aut. hodie. c. de iudi. & Pa. in d c. tua de homi. nam imperitia medici culpæ annumeratur. l. si qs fundū. §. Celsus. ff. loc. l. imperitia. ff. de re. iu. & in gl. 1. q. 1. non est putanda. Limitat hoc Pa. in c. ad aures. de æta. & qual. verū qñ assumpsit offm̄ voluntariē. Secus si ē ex necessitate, qñ ex ignorantia, & imperitia lædit. Vt puta vtitur aliquib⁹ expertis alias, & bona fide, qa sibi imputet qui talem elegit, ex quo dicebat se imperitum.

2 Quid si dicat medicinā nociuā? Resp. ꝙ nullo mō dēt dare, sed tutiorē parte eligerꝛ de ꝑsum. c. illud de ho. petitio. quia securius ē hoīem relinquerꝛ ī manu dei q̄ mecī

ciuas dare de quibus dubitat, ſm Inn. in c. tua nos de homi. & ibi Pa. & intellige eum in dubio qñ non hēat aliquid ex quo probabilius extimet profecturam quā nociuam. Secus ſi haberet aliquam probabilitatē potius de vtilitate quā de nocumenro quia ſic poſſet dare adhibita debita diligentia & ſtudio quia ſic nō ꝓpriè eſt in dubio ſed in opinione, vel titubatione.

3 Vtrū ſit in culpa medicꝰ qñ medicinā ſm artē dedit, ſed ex defectu ſpecierū vel admiſſiōe alia ſit nociua? ℞. ꝙ nō ſi debitā diligētiā adhibuit. c. apoſt. de cle. exc. mi. ſm Inn. & Hoſt. [a]

4 Vtrū cirugicus incidens aliquem qui ꝑꝑ inconſuetā diſpōnē venarum, vel qa ꝑꝑ inſolitū timorē vel tremorē qui venit ſuꝑ eū mortuus eſt, ſit in culpa? ℞. ꝙ non ſi debitam diligētiam adhibuit & erat peritꝰ, a g. c. ex literis. de frig. & male. Et hoc verum ſi non dubitabat de hoc, quia ſi dubitabat debuit omittere, vt no. Inn. & Hoſt. nè cle. vel mo. ca. ſnīam & d. c. tua nos.

5 Vtrū medicus teneatur gratis curare? ℞. ꝙ ſic. [b] ſi eſt pauper infirmus ſm gl. 33. di. in prin. Si verò diues eſt nō tenetˀ cū nemo cogatur de ſuo facere beneficium. 10. q. 2. ꝓcarie, & licitè recipit mercedē ſuā. 14. q. 5. c. non ſanè. Si tñ eſſet ſalariatus de publico tenetˀ gratis ſeruire, ita paruis ſicut magnis infirmis, ſed a ſanis bñ poſſet petere ſalarium vt d. l. Archiatri. C. de profeſ. & med. li. 10.

6 Sed quid ſi infirmus ſit diues, tñ ex auaritia non vult ſoluere medico, dēt nè medicus eum mori permittere? ℞. ꝙ nō ſed debet ei medicinas, & alia neceſſaria facere ſuis expenſis, quas poſtea repetere poterit [c] cum ſanus effectus fuerit, quia vtiliter geſſit negotium eius ff. de neg. geſto. l. Pomponius, & ſi moriatur repetet ab hæredib. quia ſufficit ſi vtiliter cæpit gerere, licèt euentus non ſit ſecutus. l. ſed an vltr. ff. de neg. geſt. nec poteſt ei objici quòd cā pietatis hoc fecerit, niſi ſit ei propinquus vt l. alimenta. C. de neg. geſt. quia tūc oporteret proteſtetur ꝙ gratis non intendit hoc facere. aliàs non repeteret. d. l. alimēta. no. hæc gl. in d. prin. 83. di.

7 Vtrū peccet mortaliter medicus conſulendo aliquid contra animā pro ſalute corporali? ℞. ꝙ ſic, & nè hoc faciat prohibetˀ, & ſub pœna excommunicationis in c. cum infirmitas. de pœn. & remiſ. in fi.

8 Vtrum ſimiliter peccet mortaliter, ſi nō admonet infirmum vt confiteatur? ℞. ꝙ ſic, quia facit contra præceptum, vt in d. c. cum infirmitas, nec poteſt dici abrogatum per contrariam conſuetudinem, quia non conſuetudo, ſed corruptela eſt & cōtra bonos mores, & ideo non valet ſecundum Hoſtienſ. in d. capitu. cum infirmitas. Excuſaretur tamen medicus in caſu repentino q indiget celeri remedio qui non ante ipſum infirmum inducerent ad confeſſionē & aduerte quia nō ſufficit admonere, ſed debet inducere cum effectu vt in d. c. not. Nihilominus ſi infirmus nollet confiteri, non credo ꝑꝑ hoc quòd medicus debeat deſiſtere a medicamine, quia intelligendū eſt moueas & inducas effectualiter quantùm eſt ex parte medici. ſicut & in c. fin. de eo qui co. con. vxo. ſuæ. non ex parte infirmi, qa ſi dimitteret eū fortè moreretˀ deſperatus, qui ſanatus poterit poſtea conuerti, & ſic præceptum eccleſiæ videretur cōtra præceptū Dei de charitate proximi, ꝙ nullo modo credendum eſt Facit tex. cū glo. pro hoc 83. di. i prin. vt patet ſupra. e. §. 6.

9 Sed nūquid ad hoc tenetur medicꝰ in omni infirmitate? ℞. ꝙ non ſaluo meliori iudicio, ſed ſolùm [d] in infirmitate periculoſa ſm ſe. Rō qa ſicut infirmus non tenetur ꝯfiteri de neceſſitate præcepti in omni infirmitate, ſed ſolùm qñ eſt periculoſa, ſic nec medicꝰ tenetˀ eū inducere licèt ſit optimum ꝙ medici inducant in oī infirmitate, & dico periculoſam i. quæ poſſet probabiliter inducere periculum mortis, ſecus qñ eſt clarum quod non eſt periculoſa.

Verum

a Secunda [ſm] & Ho. & Pa. in d. c. tua vbi inuenit contra aromatarios tenētes ſpēs antiquas quæ potius nocēt. Vnde & medicus deberet ſpecies videre, nè præferāt ſimilitudinem bonarum, aliàs fortè eſſet in negligentia, vt colligitur ex Inno.

b Rei ꝙ ſic] ne promiſſionē ab infirmis recipere debet. l. medicis. ff. de va. & extra or cog. ſimiliter nec aduocati a clientulo l. quiſquis C. de poſtu. Quod tamen offertur licitè accipitur Bar. ibidē.

c Repetere poterit] Quia in inuitū beneficiū confertur. ꝯ. l. in inuitum, de reg. iu. & ca. in 6. Dic vt per Bar. in l. ſoluendo de negot. geſt. & eūdem in ſimili in l. ſticus, vbi tex. no. & gl. ff. de precul. leg.

d Sed ſolū] Ioā. An. in nouella. i d. c. cū infirmitas tenet cōtrarium dicēs. ex quo ſciret infirmꝰ i om.

10 Vtrum infirmus teneat obedire medico? ℞. Inn. [a] & Host. in d.c. tua quòd nō de præcepto, si tñ infirmus accipit aliquid vel facit ex certa scia, vel ex affectata, vel improbabili ignorantia pp quod notabile malū incurrit, peccat mortaliter, argu. c. si non licet 22. q. 5. idē dic de seruientibus qui et aliquid administrant tale, secus si non esset notabiliter læsiuū quāuis aliqualiter, modicū īñ, qa aliqñ sitis magis cruciat quā febris & inter duo mala min⁹ eligendū est 13. di. duo. Et si ex tali administratiōe mors sequeretur vel mutilatio membri essent seruitutes irregulares secus si ex leui ignorantia vel culpa hoc fecerunt.

11 Vtrū ars medicinę sit ꝓhibita clericis & religiosis? ℞. clericis in sacris religiosis & clericis in minoribus bñficiatis non licet vti nisi gratis, & vbi periculū nō imminet, nècle. vel mo. c. multa. cyrugiā verò q̄ in diget incisione vel adustione cū sanguinis effusione ſm Ber. in c. ad audiētiā de sal. oia exercere non pñt, qa simpliciter ē eis interdicta c. sentētiā c. super specula, nècle. vel mo. de homi. tua nos, de postu. c. 1.

12 Vtrū medic⁹ teneat̃ nūciare morrē infirmo quā ꝓnoscit cito venturā? ℞. Io. de Neapoli in quolib. 11. distinguit ꝙ aut probabiliter credit quòd talis prenūciatio erit multū vtilis aię infirmi, vt puta qa ꝯfitebit̃ cū sit in peccato mortali, & ordinabit testam̃ ex quo euitabūt multę lites, & sic tenet̃ ꝑ se vel ꝑ aliū ei manifestare, aliter peccaret mortaliter qa dānificat ꝓximū directè cū nō īpedit dānū ei⁹ cū pōt. Idē dic si ē ī dubio vtilis vł an sit vtilis vel nō. Quod si ꝓbabiliter credit ꝙ talis annunciatio nō erit vtilis infirmo, puta qa iā ordinauit facta sua, sed fortè erit potius damnosa corpori, tunc nō tenet̃ ei dicere de necessitate ꝓcepti, licèt sit meli⁹ dicere, qa melius se dispo net & bonū aīæ semper est prępōnedū bono corporis.

13 Vtrū medicus possit ꝓ moueri? ℞. si perit⁹ erat & nihil omisit de cōtingētib⁹ ſm ꝓbabilitatem suæ conscientiæ, pōt ꝓmoueri, alias non, de ætа. & qualit. c. ad aures. ff. de vari. & extor. cogni. l. & si medicus, concor. Inn. in d. c. ad aures, & Host.

14 Vtrum medicus qui cōuenit pro 10. ducatis cū Titio liberare eū de aliqua infirmitate, puta quartana & hmōi, & liberat eum, sed p̄ modicum tps Titius reincidit in eandē infirmitatē, teneat̃ iterum ꝓ illis 10. eū liberare? ℞. vr̃ ꝙ sic, qa non extinxit īfirmitatē, sed cessare fecit angustiā ipsi⁹. Itē qa nō vr̃ curasse cū vitiosè curauit. Itē qa verba cū effectu sūt accipiēda ꝙ iō dēt intelligi cū curaret perfectè. In ꝯriū videt̃ quòd nō teneat̃, qa de p̄ñti infirmitate tm̄ videtur cogitatū & iō soluto eo quod debet̃ sublata est obligatio imperpetuum, qa in infinitū non dēt obligari nā infinitas euitat̃. ff. loc. l. maritus [b] in glo. sed tu dic quòd aut redijt ex culpa infirmi, & sic nō tenet̃. l. qđ q̄s ex culpa. ff. de reg. iur. Si nō ex culpa infirmi, tūc aut statim redit, & sic tenet̃ qa nō vr̃ eum liberasse, aut ex īterualo, & sic nō tenet̃, vt. ff. de reg. iur. l. qcqd.

MEMBRVM ꝓpriè quod sit. Vide s. Homicidiū 5. §. 6. Et ideo in statutis ita accipitur, nisi aliud appareat de mente statuentis, vt not. Bar. in l. 2. ff. de pub. iudi.

MENDACIVM [c] ſm Aug. est falsa vocis [d] significatio cum intentione fallendi 22. q. 2. §. ille ergo.

[a] infirmitate mortali & nō morta li medicū boe dicere ex pręcepto cessabit timor. Idem tenet dñs Card ibidem, & Arch. flo. i 3. par. tit 7. c. 2. § 6. & magis placet per rōem. d. e. cū. infirmitas alias illa decertalis vr̃ seruire de vento. [a] Rñ. Inn.] Inn. dicit ꝙ infirmus tenet̃ corpus suū diligere, vt in eo seruiat dño. Itē qa si medic⁹ peccat tali dādo pecent vtique & ipse ea accipiēdo q̄ notabiliter nocent. Itē sicut peccaret sumēdo venenū ita si sumat ea quæ faciūt ad notabile nocumē rū corporis. Seqt̃ Pa. ibidē Q.[?] talesdeberēt priua ri ecclesiastica sepultura. Quod intelligo si non pęniteant.

[b] L. marit⁹] Bar. ibi si distinguit. Aut certū est infirmitatē superuenisse ex noua cā, aut ex eadem. Aut iunius īñ dubio. primo casu dēt hr̃e nouū salariū. secūdo nō. tertio distingue. vt hic in fi. ibi si nō ex culpa, vide Io. An. in mercu. regula ꝯtus, vbi arguit. ad ptes, & gl. i d. l. marit⁹. Quę similiter arguit ad ptes, vt de Pa. in c. ꝑsbiterorum in fi. de delhomic. Et Bal. in l. pecuni. C. de cōdi. ob turp. cau. & Imo. in l. si ita stipulatus etiam abs te, de verb oblig.

[c] Mendacium] Dictum exterius hēt duplicē cōparatione, vnā ad rē significatā, vt qa res se habet or. Aliā ad intentionem dicētis vt quod dicit ot sit in corde, iō de mendaciū ē falsitas & hic tāgitur prima cōparatio cū intentione falledi, tangitur secūda cōparatio. prima habet ꝑ modū materiæ, secunda p modū formæ, vide Astē. lib. 1. ti. 36 & ver bū fallēdi hic nō importat decipere sed falsum dicere, ideo ē de omni mendacio.

[d] Falsa vocis]

Quæ

Nomine vocis tanquam principale intelligi debet omne signum, vt scripturę siue etiam nutus.

a Vñ ille] voces sunt notæ eorũ quæ sunt in animo passionũ. vt dicitur. 1. Perier. & in c. ex studijs de p̄sump. Quare sunt istitutę nõ vt p eas se homines inuicé fallãt. Sed vt eis quisq; in alterius notitiam cogitatiões suas ꝑferat. verbis ergo vti ad fallẽtiã non ad quod institutę sunt peccatũ est ſm Augu. in Enchiri. in d. c. is autem.

b Mentitur] Sed nõ dicit mendaciũ, qa semp est cũ animo fallendi, quia aliter loquit q̃ sentit. sed mẽtiri est dicere quod sentit. licét res se aliter habeat. hic tñ ſm Alexã. mẽtiri capitur largè. s. ꝑ falsum dicere.

c Octo] Breuior est distinctio ꝙ mẽdaciorũ aliud iocosum officiosum. & aliud perniciosum. 22. q. 2. c. nè quis.

d Religiõis Christianæ] Sicut Iesum non esse passum & ca. 1. q 4. §. notãdũ. Quoad bonos mores, vt quod fornicatio vel vsura non est peccatum.

e Sicut falsus testis] Namnon est ferẽdus qui vult obesse & non ꝑdesse dicit L. sun do. ff. de rei vẽdi. exemplum in de tractore.

f Falẽdi libidine] Libido põt dici dupliciter. vno modo strictè & ꝓpriè put dicit Aug Quod libido est appetitꝰ animi quo aliquid temporale præponitur bono ęterno. & sic non extradia nisi mortalium peccatorum & sic non sumitur hic. secundo modo dicitur communiter. s. prout est radix non tantum mortalium, sed etiam venialium. vnde cum dicatur a libendo, sicut liberè quod est liberi arbitrij potest inordinatè moueri ad mortale. & veniale. Ita & hic libido potest esse radix vtriusq;. Et sic cadit libido in rõne huius mẽdacij, hęc Alex vbi s. q 3. & in 3 par. tractato de 7. p̄cepto. arg. 6. & S. Bona in 3. distin. 38. argum. en. 5. sic libido dr̃ falsum dicendi.

g Nè pecunia] Puta si qs interrogatur vbi ẽ talis vel pecunia, & dicit se nescire, secus tñ si ad feretur iustè. vt puta iudicia autoritate. In hoc tñ differt istud a sequẽti, qa istud ꝑdest, ad euitandũ periculum dãni, sequens verò ad euitandũ periculũ personæ. Et octauum prodest ad pudicitiã conseruandã, vt si dicã aliquã esse cõiugatam quæ sit soluta.

h Etiam mortale] Vnde philosophus in 4. Ethi. dicit mendacium est p se prauũ, & fugiendum. verũ aut bonũ & laudabile vnde omne mendaciũ est peccatum. sicut et Aug asse it in

1 Quæ differẽtia est inter mẽdaciũ & falsũ? ℞. ꝙ mẽtiri est ɔtra mẽtem ire. Vñ ille a q dicit qđ putat aliud siue illud sit verũ siue falsũ mentitur b c. is autẽ. 22 q. 2. falsum verò põt qs dicere sine mendacio, cũ. s. credit verum quod tñ non est. & si debitã adhibuit diligẽtiam non peccat, ꝙ si non peccat venialiter, vt in c. homines. 22. q. 2. nisi in casu in quo tenereẽ debitam diligẽtiam adhibere, puta in actu testificãdi, vbi imminet notabile damnũ ꝓximo, vel in iudicio, qa sic esset mortale, vel cum vult iurare 22. q 2. c. animaduertendum.

2 Quod sunt genera mẽdaciorũ? ℞. ſm Aug. in c. 1. 23. q. 2. ꝙ sunt octo. c Primũ in doctrina religionis Christianę, & ſm Alex. in 2. 2. tractatu. de mẽdacio. ar. 7. q. 5. religio hic accipiẽ ne dũ ꝓ eo quod nos religat ad ea quæ sunt fidei, sed ẽt prout religat ad bonos mores, quia in his duobus cõsistit religionis Christianæ d summa. Secũdũ est vt aliquẽ ledat iniustè in corporalibꝰ cũ nullius vtilitate, sicut falsus testis e in cã criminali. Tertiũ est quod alicui nocet, sed tñ alteri ꝓdest, vt testimoniũ i cã pecuniaria. Quartũ est si fit sola mẽtiendi vel fallẽdi libidine. f vt cũ delectareẽ in astutia mẽdaciorũ ɔpositione nõ hñs respectũ nec ad nocẽdum, nec ad iuuandũ alicui, sed solũ, qa placet sibi. Quintũ est quod fit placendi cupiditate, vt mendaciũ adulationis. Sextum est quod nulli nocet & alicui prodest. s. nè pecunia g sibi auferatur indebitè vel iniustè lædaẽ. Septimũ est quod similiter alicui ẽ vtile ad corpꝰ. s. vt mortẽ euadat. Octauũ est quod similiter ꝓdest alteri. vt virginitatem seruet. Sed ſm Alexã. vbi. s. & S. Bon. 3. dist. 38. & Ric. ibidem, mẽdacium habet suo formali completiuo intentionẽ fallẽdi. & ideo ſm intentionẽ mentientis diuersum erit mẽdaciũ in spẽ. Si enim intẽdit solum ꝓdesse sic erit mendacium officiosum. Si delectare sic est ociosum. Si lędere sic ẽ perniciosum. Perniciosum continet tres primas differẽtias quia aut in spũalibus & sic ẽ primũ, aut i corpalibꝰ, & sic ẽ ſm, aut i tpalibus & sic est tertiũ. Officiosum ɔtinet tres vltimas spẽs. scilicet si in tẽporalibus, sic est sextũ. Si in corporalibus sic septimũ, si in spũalibus sic est octauũ. Ociosum continet quartã, & quintam spẽm, quia aut vult delectare seipsũ, & sic est quartum, aut alterũ sic est quintum. Primum istorum est grauius. & vltimum leuius.

3 Vtrum omne mendacium sit peccatum? Resp. quod sic. c. super eo. de vsur. cũ simi. & etiam mortale h peccatum est secundum S. Bona. Alexan. & Ricar. vbi supra. Primò ratione speciei, sibi per se & sic tantum tres primæ spẽs sunt peccatum mortale, vnde quicunque mentitur contra veritatem diuinam eam mendacio occultando

libro contra mendacium, & no. S. Th. 2.2. q. 110 ar. 3. Ex hoc enim sequitur quod si mendaciũ est ſm se malum, ꝙ nullo pacto nullo fine nulla dispensatione humana vel diuina põt fieri benè, sicut expreſsè dicit Aug. li. de mendacio, & nititur probare multis rõnibus. Et in hoc conueniunt cõiter doc. ſm S. Bon. in 3. di. 38. refert Astens. vbi S. ar 4 R. aut huius est. Quia dupliciter dicitur aliq̃d esse malũ. s. aut ex gener̃ actus, vt cũ act⁹ super materiã indebitã transit. Aut ex malitia intentionis. Põt aũt actus transire sup malitiam dupliciter. s. respectu Dei, & respectu proximi, si respectu Dei sic est malũ in se & ſcundum se, nec vllo mõ põt fieri bñ, vt est Deũ odire. si respectu proximi vt est nocere ꝓximo, sic ẽ malum in se, non tñ secundũ se, vnde potest aliquo fine fieri benè, qa põt ibi recta intẽtio superuenire. Si aũt aliquid est malũ ex malitia intentionis, tunc siue sit respectu dei siue respectu proximi simpliciter ẽ malũ, & nullo fine põt fieri bene, qa dicit priuationẽ debiti finis. Tale ãt est mendaciũ. Quia non tñ dicit malũ ex eo qa trãsit sup indebitam materiã, sed et qa hẽt intẽtionis maliciã. Hoc erit qñ mendacium charitati repugnabit, vnde mendaciũ põt charitati esse ꝯrium aut secundũ se, aut respectu finis, aut per accidens. Et sic declara vt hic &c. Et sic militabit illud psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et illud sapien. primo. Os quod mẽtitur occidit aiam.

a Peccat mortaliter] Sicut si quis in persequutione negaret se esse Christianum, quod est etiam in opprobrium fidei, quasi non eẽt vera, sicut negauit Petrus. Similiter si doceret falsa scienter in iure vel medicina, & hmõi, sicut etiã q doceret falsum circa bonos mores, vt falsi ꝓphetæ, q promittebant populo liberationẽ permanenti in peccatis, iuxta illud, prophetæ tui viderunt tibi falsa. Tre. 2. & 7. c. Ier. ait. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes tẽplũ dñi &c. Ad idem vr̃ ptinere ſm aliquos ꝓnunciatio falsarũ indulgẽtiarũ missarũ & hmõi.

b Quia esset veniale] Quia non dãnificat proximus, sicut si quis fallatur in aliq̃bus particularibus ad se non ptinentib. puta qa diceret talẽ scientiã esse digniorẽ.

c Vel lædere notabiliter proximum] Datur exemplũ de verbis mendacij in mercatorib. quãdo dicunt rẽ vilem charã, quando. s. intendunt notabiliter dãnificar̃ ex sola nãq;

tando vel corrumpendo [a] peccat mortaliter. Similiter circa ea quorum cognitio pertinet ad homines bonũ puta ad perfectionem sciæ & informationem morum erit mortale, quia cõtra charitatem Dei, & proximi. Secus si esset circa aliq̃d quod non refert ad salutem verũ sic vel sic cognoscatur, qa esset veniale. [b] Idem dic ꝙ est mortale quãdo est in nocumentum corporis proximi vel rerum de aliquo alicuius importantiæ etiam si alteri prodesset, secus si in dãnum alicui⁹ rei minimę, quia non esset contra charitatem, & ideo veniale. Secundò est peccatum mortale per accidens. Et hoc dupliter. Primò rõne intentionis, puta quia ita afficitur ꝙ nõ curaret offendere deũ vel proximum notabiliter, qa præponit mendaciũ charitati Dei & proximi, multomagis si intendit dicẽdo mẽdacium iniuriare deum vel ledere notabiliter ꝓximum [c] ẽt si non lędat peccat mortaliter. Secundò ratione scandali, vt cum quis dicens mendacium probabiliter scandalum sequi aduertit, tamẽ non curat, sed dicit mẽdacium, & peccat mortaliter. Et in hoc cõcordant communiter Theo. in 3. di. 38 Additur & tertiũ, ex quo fit mortale. s. cũ dicitur in iudicio. Vnde ſm Durandũ oẽ mendacium (pter iocosum) quod in iudicio dr̃ de his q̃ ad iudiciũ pertinent est mortale, quia subuertit veritatem iudicij, ꝙ cædit in ꝑniciẽ vniuersitatis, & placet qñ dr̃ đ eo de quo tenetur dicere veritatem, aliàs non & qñ sit habes supra. Cõfessio delicti. Et supra Furtũ §. 27. infra. testis. §. 26. Additur & quartum ex quo efficitur mortale ſm Ho. rõne contemptus. s. cũ qs ꝓ nihilo hẽt dicere mendacia iocosa sicut vera, sicut faciunt ioculatores, & similes. ar. 25. di. §. aliàs ea demum. Qđ limito verũ qñ ẽr si esset mortale nollet abstinere, aliter ñ & sic incidit cũ primo. additur & quintũ secundùm alios. s. rõne perfectionis, sed istis nõ assentio, nisi vel quãdo perfectio est talis ꝙ obligauit se voto vel iuramento in nullo casu mẽtiri vel rõne scãdali vt dictũ ẽ, & ita cõiter tenẽr doc. facit ꝙ s̃. dixi. Circũstãria. §. 4. In alijs ãt casib. cõiter ẽ veniale pcm̃, nisi ꝯsciẽtia eis dictaret ꝙ eẽr mortale, qa si eẽt eis ꝯ tale dictamẽ dicerẽt mẽdaciũ pcm̃ mortale.

4 Verũ prædicator vel doctor semper peccet mortaliter mẽtiẽdo? R. Pe. i 3. di. 38. ꝙ non, nisi scãdalũ vel contẽptus doctrinæ sit annex⁹, qa si hoc sciẽs mẽtit̃, peccat mortaliter. Sir̃ si diceret contra id quod est faciendum ex necessitate, secus si ex consilio, nisi ratione scandali, vt dixi.

5 Vtrum liceat pro alterius vita conseruanda mentiri? Respond. quòd non dict. capitulo super eo. Et qualitercũque dicatur mendacium semper est peccatũ saltem veniale.

a Qui potest cadere in constātē] De hoc mætu vide supra matrimonium.3.impedimento.11. & quæ ibi scripsi.
b Regis vel domini] Exemplū in illa quę matrimonium contrahit pcib.principis.
c Minæ vel verbera]Dicit tamē Bar.in l. interpositas C.de transactio. q si mulier vendit pp mætū mariti ē iusta cā rescindendi contractum. Et ille mætus causatur per minas,vt hic De hoc etiam p Pa.i d.c. causam matrimonij, vbi no Et Bar. idem dicit In l. mætū. C.quod mæ.cau. & in l. 1. § quæ onerandæ ff.qua re ac.non da.Mætus ergo vxoris erga maritum,& clerici erga episcopum faciunt rescindere cōtractum si præcesse runt minæ ab eo qui solet inferre aliàs sola reuerētia non rescindit contractum.
d Puta maiorem partem] Exemplū si non vēdis mihi equum faciam tibi inferre dānū &c. Timet ille facit contractum tunc rescinditur contractus neque precium restituit.d.l.pen.
e Deci 40] Pa. in d. cuoi di:ectᵒ dicit ea quæ hic habentur,& idē in d.c.olim in 4. col.limitando vt habetur in.§ seq
f Et dispositione iuris positiui] Vt non ieiunare, audirē missam, &

istę est ille q potest cadere in constantem [a] virum vel mulierem,vt cum qs potēs inferre minatur mortē aut grauem cruciatum corporis,vt in c.cū dilectus,extra eo.ti.Aut seruitutē,seu status subuersionē, puta quia scindet instrumenta vel priuilegia libertatis, vel detinebit in carcerē,aut stuprationē vt.ff.e.ti.l.isti qdē. In. eo.ti.§ r.2.& 3.Et intellige qn̄ prędicta vel aliquod pdictorū minatur nedū in psona propria sed ēt in persona liberorū, aut vxoris,aut similium personarum,vt d. l.isti in fi.

2 Vtrū metus iustus causetur ex imperio vel supplicatione regis vel dn̄i? [d] Res. Pa.in c.vl.qui cle.vel vo.q non,nisi sit cousuetus tiranicè tractare non obtēperantes .uis pcib.qa tunc benè causat,vt tenet Io.An.in d.c.vl. Bar.in tractatu de tirāno.Facit q idē Bar.no.in l.ad inuidia. C. quod met. cau.vbi dicit quod sola reuerentia mariti non cāt iustū metū in vxore nisi pcesserint minę vel verbera.[c]& idem voluit Inno.in c.cām matrimonij,de of. dele.

3 Vtrū mætus perdēdi bona temporalia vel grauē iacturā ī eis puta maiorē partē[d] sit iustus? R. Pa.in c.Abbas extra e.ti. q sic si nō potest sustentari sine illis bonis q̄ qs timet pdere.qa alibi dicitur q spūalia no pn̄t diu esse sine temporalib. r. q.3.si quis obiecerit, & gl. in l.aduocati.C. de aduoc. di.in di.no.pecuniā vitā hominis,facit pro ista opi. ca. præsbiteros.l.di.& l.pe. C. eo.ti.& di.c.Abbas.

4 Vtrum mætus excōicationis sit iustus? R. gl.in c. olim iter,de re.spo. q sic, sed Io.An.in c. cū dilectus d his quæ vi.me.distinguit q aut iustè comminatur & non excusat,quia culpa sua incidit in mætū. l.si mulier ff.eo.ti. Aut iniustè comminatus,& sic est iustus,cū grauis sit pœna inter homines esse & carcere hominum cōmercio l.hi qui sanctam.C. de apost. c. sacro.de sen.exc.Et hanc dist.approbant domini de Ro.decisio.40.[e]

huiusmodi &c.
g C. olim inter. 4.co.ver.2]principalis vbi dat exemplum ī matrimonio,in iurisdictione & in electione.Tu vide Pa.i c. Abb̄ q mę.ca & 1.§.seq.

5 Vtrū timor infamiæ sit iustus? R.gl.in l. nec timore.ff.e.ti.q timor īsamiæ facti nō cāt,vtputa qa aliqs dicit q malū dicet d eo sed metus infamiæ iuris talis q hēt iuris ef fectū,iustus est,vt in l.isti, in prin.§.fi. ff.e. vbi patet q deprehensus in aliquo delicto qcqd facit nè probatur ex iusto mætu facit, qa pditus pt pati mortē vel cruciatū, & hmōi.Et hæc oia intellige q causant iustū timorē,qn̄ quis non hēt facilè remediū prouidendi.qa si posset prouidere sibi,puta adeundo superiorem, vel alio modo nō prouideret non esset iustus mætus,sed sibi imputaretur.ar.c.fi.de elec.& l.quib.dieb. in p:in.ff.de cond.& dem.& l.qui potest facere ff.de reg.iu.& c.pastoralis.§.prętere a de of.ord.quod limita vt infra.§.con.

6 Vtrū mętus iustᵒ excusat a pcō? R. q nō a toto,sed solū a tāto,non tn̄ ēt a toto q illud est de gn̄e peccati mortalis q fiat veniale.c.sacris,extra e.ti.c.2.de hom.2.q.1. in primis, qa debet potius q̄libet mala tolerare q̄ malo cōsentire decernat.3 2.q.5. ita nè.Limita tn̄ pdicta ad ea q̄ sunt iuris diuini. Secus in his q̄ sunt peccata mortalia ex dispositione iuris positiui. [f] qa sic excusaret a mortali,vt patet s̄. Inobediēcia,i prin.

7 Vtrū ꝯtractᵒ factus ex mætu iusto sit nullus? R. vt colligo ex Pa.i c.cū locū,de spō. in 2.no. & exemplū in matrimonio,& d.c. olim inter, [g] q aut ꝯtractus requirit liberū consensum aut nō.Si sic,tūc ꝯtractus est ipso iur nullus. Rō qa licèt coacta volūtas sit volūtas.15.q.1.merito,rn̄ nō est volūtas libera & sic deficit qualitas libertatis, q̄ ē de substantia cōtractus,& ideo nullus. In alijs autem vbi non requiritur liber cōsen

 sus,

a D c.cũ locum] Ibi Pa. latè examinat, & dicit hanc esse cõmunẽ opi licèt Car. ꝯ, & malè, & in d. c. Abbas, & in d. c olim inter.
b Itẽ electio prælati] Puta pp metũ tiranni est nulla, facit gl. in d. c. Abb. & tex. iuncta gl. in ca. quisquis, i ver. libertatẽ, de elect. vbi per trienniũ sunt suspensi, vide ibi omnino.
c Et d. l. mulier] non valet cõuentio pœnalis p q̃ aufertur libera testamenti facultas. l. stipulatio hoc modo concepta, de ver. obli. Conc. ibi in gl. liberũ. n. esse debet quod non liberũ iterũ reddit arbitrium, dicit text. in l. 1. C. de sacr. san. ec. vide Pan. in d. c. Abbas.
d Velle accusar] Bart. in l. accusationis C. ꝙ met. ea distinguit cit ca hoc post glos. Q. aũt accusatio erat calumniosa & potest repeti ꝙ datum ẽ nẽ accusatio sequatur l. in summa. ff. de condit. & demõ. si verò erat vera tunc aut sumus i casib. in quib. licèt transfigere, & non pôt repeti, si aduersarius obseruat promissa, aliàs sec°, vt no. in l. siue apud acta, & in l. si tran sigere. C. de trãs. Si ãt trãsigere nõ licebat, tũc q dedit turpiter dãt & sic repetẽ si potest l. si qdẽ vbi Bal. C. de ꝯhend. & cõmit. stipula.

sus, non est nullus ipso iure, quia (vt dixi) coacta voluntas sẽp volũtas ẽ, vt plenè leg. & no. in d. l. si mulier. §. si. ff. e. tit. sed veniunt acta rescindenda actione ꝙ metus cã, vel officio iudicis.

8 Quæ sunt in quibus requiritur liber consensus? ℞. ꝙ primò omnia quæ sũt meritoria, vt pœnitẽtia, confessio, eleemosina, & hmõi, q̃ si fiant ex tali mętu excludũt meritũ, & perinde erit ac si non forent f[...]a. Excipiuntur illa in quibus imprimiẽ character, vt baptismus, & huiusmodi, qa virtute characteris aduenĩẽte libera voluntate conualescunt, sed non alia, vt in c. de iud. 45. di. ppea. Chriso. super Matt. 22. Qui solo timore seruit deo pęnam q.dã euadet, sed pręmiũ non acquiret, qa non vult deus vt timeatur vt dñs, sed vt ameẽ vt pius pr̃, facit text. Aug. de pę. di. 7. nullus, i fi. quẽ sero pęniteт inquit nõ solũ oportet deũ timere iudicẽ, sed iustum diligere, non tñ pęnã timeat sed anxieẽ pro gloria, hæc ille. Secundò matrimoniũ facit. c. notificasti. 33. q. 5. & ca. veniens, el 2. de spon. & d. c. cũ locũ.[a] Tertiò dotis promissio vel solutio i l. si mulier. §. si dos, vbi est optima glo. ad propositum istud. ff. e. tit. quia si principale non tenet, nec accessorium, de reg. iur. li. 6. Quartò iurisdictio, vnde prorogatio eius ex iusto mętu est nulla. l. 2. ff. de iud. in prin. & gl. in d. l. si mulier. Item electio p̃lati[b] per mętum facta est nulla. c. vbi periculũ §. cæterum, de elec. li. 6. Quintò autoritas tutorum extorta per mętum est nulla. l. 1. §. vlt. ff. de aut. tuto. Sextò absolutio ab excõicatione de quo su pra. Excõica. 7. Casu 18. Septimò testes testõrum, vnde si in vinculis teneñ aut ab hostib. non valet. l qui testã. § fi. in vltimis verbis, & ibi ẽt est gl. ff. de tes. Octauò votum, limito verum quoad metum mundanũ q incutiẽ ab hoĩe ad hoc vt voueat, nõ ãt quoad mętũ aliũ pp quẽ euadendũ aliquis vouet, quia sic tenet votum. Ratio diuersitatis, quare votum teneat ex aliquo mętu factum, qñ mętus non infertur vt voueat, sed ex alio respectu & non pœnitentia, & confessio. &c. est quia tale votum fit pietati diuinæ, & misericordiæ, quam interpellat vt eum liberet a malo instanti, & ideo non potest non misereri acceptat promissionẽ, & subsidiũ impendit, in pnia, & confessione, & huiusmodi non concurrit solũ misericordia sed & iustitia. Vnde misericordia Dei acceptat inquantũ non derogat diuinæ iustitiæ. s. vt non sint merito & recompensatione, sed vt sint digna vita æterna, hoc nõ p̃t, qa derogaret diuinę iustitiæ, q̃ non vult nisi volũtariũ libera volũtate ad conuersũ in c. sicut nobis, de regula & i multis alijs, no, gl in d c. Abb. & d l. mulier.[c]

9 Quid de iuramento mętu extorto? ℞ vt supra. Iuramentum. 5. §. 9.

10 Quid si qs veniat in talẽ mętũ ex culpa sua? ℞. ꝙ ñ subuenit ei nec hẽt seu competit ei aliquod remediũ. d. l. si mulier, in pri. vbi liberta commisso crĩe ingratitudinis, & timens nè reuoceẽ in seruitutẽ, ꝓmittit aliqd dño cõminãti seruitutẽ, nõ audiaẽ, sed quoad consciam distingue, quod aut talis timor p̃t iustè incuti tali, puta qa commisit crimẽ capitale cõminat qs eũ velle accusare[d] pp quẽ timorẽ ille dat cẽtũ, talis licèt turpiter accipiat pecuniã vt desistat ab accusando, tñ restituere nõ teneẽ de necessitate si modo ille donare potuit. Si verò timor incutiẽ iniustèquoad deũ, puta p̃cõminaẽ interficere adulterũ cũ filia, quod licet de iure ciuili, vt in l. nec i eo. §. ius occidendi, ff. de adult. tñ qa non licet quoad deũ. Ideo ex tali timore extortũ non poterit tenere i consciã nisi inq̃tũ ẽ in recõpensationẽ sui itercsse, puta famęlię & hmõi aliàs ñ facit tex. cũ gl. in c. iter hęc. 33. q. 2.

Vtrum

11 Vtrum agẽs certũ quid ex metu ꝓsumať consentire ex taciturnitate sequẽtis téporis? ℞.gl.iuncto tex.in c.accedens, de cõuer.cõiu. ꝙ non, nisi interueniat aliquis actus positiuus approbatiuus primi actus, vt in l.2 C.eo.& per In.in c.sup eo.de renũ. a & facit. c. ad id quod, de spon.vbi spõsa q̃ metu ꝯxit non cohabitat viro spontè præsumiť matrimoniũ, maximè si interuenit copula. facit. c. vnicum, despon. impu. lib.6.

12 Vtrũ probanti metũ ex quo emisit bona sua stetur eius iuramento circa q̃titaté bonorũ, ℞.Pa.in c. fi. b extra eo.quòd sic si iniustè metũ incussit & contra eũ q incussit. Secus si agereť cõtra villã í cuiꝰ territorio ẽ factũ, nã oportet ꝓbet p aliosꝰ, & põt adducere socios & familiares pp difficultatem probandi, bonus tex.est in l.consensu. C. de repu.& in c.veniens, el 2. de testi.in fi.

13 Vtrum metus ꝓbabilis vel leuis similiter annullet? ℞. ꝙ nec excusat nec rescindit nec annullat, & dicitur ille qui cadit in virũ leuẽ aut vecordem qui timet vbi timẽdũ nõ est, & dicitur meticulosus. ff.eo. l.metũ. 1.& 2.quia non tollit actũ requirenté liberũ ꝯsensum, vt no.Pa.in c.veniens, el 2.de spõs. sed quò ad ꝯsciam dic vt ĩfra.S.15.

14 Vtrum ille qui p metũ extorsit aliquid teneať? ℞. Dir.eo.ti.ꝙ sic & ẽm leges põt agi ꝯtra eũ ẽt quò ad pęnã infra annum.Sed post annũ nõ, sed solũ quò ad rei persecutionem, quia prætorię actiones sunt ppetuę quò ad rei persecutionẽ, sed quò ad pęnam sunt temporales, insti.de perpe. & téporali, ac in prin.ff.de vi & vi ar.l.1.in prin.ff.qđ me. cã.l. si cũ exceptione. S.1.2.& 3. ẽm tñ Canones etiam ad pęnã post annũ, qa nulla cõditio temporis põt opponi 3.quæs. 1.c.redintegranda, & ibi per doctõ. Et nõ solũ tenetur de his quę habuit p talẽ metũ sed de oĩbus q̃ amisit ille cui talẽ ĩtulit metũ d.l.si cũ S.pediꝰ qa metus fuit cã seu actio amissionis d.l.si cũ.S.ĩ hac actione, concor. In. circa principiũ 2. col.ver.ꝙ dominus, & Ho.in c.fi.eo. ti.

15 Quid si metus sit solũ ob timoré reuerentię? ℞.ꝙ datum ex tali timore est omnino restituendum, si datum contra voluntatem dantis. Facit l.quæ honorándę ad fi. ff.qua.re.ac.non da. Vnde qñcunque non adest voluntas dñi rerum in dando, nisi ex metu acceptum est restituendum, nisi fuerint in culpa metus ẽm quod s̃.dixi S. 10. Nec ob.l.vani.ff.de reg. iur.& l.metũ. ff.quod met.cau.qa loquuntur quoad forum contentiosum, secus in conscientia.

16 In quo differt metus a vi? ℞.Pa.in d.c. sacris, c ꝙ metus est vis conditionata.s.cũ dicit interficiã te si nõ feceris sic & huiusmodi.c.ad audientiam.extra eo.Et fit sine violentia corporali. Vis autem est quædã coactio quia qs ligatus cogitur facere aliquid corporaliter, & dicitur vis absoluta, & hæc excusat a toto si intrinsecus non cõsentit, quia nõ dicitur quis agere sed potiꝰ pati.d.c.sacris. Lex autẽ magis largè accipit dicens. Vis est impetus maioris rei cui resisti nõ potest.s.commodè.ff.quod metꝰ causa l.1. & 2.de pact.quamuis.li.6.

MILITES nñi temporis d licèt non habeant insignia obseruantiæ veteris habẽt tñ insignia obseruãtię nouę ẽm Bal.ĩ l.1 C.q̃ bo.ce.pos. e allegat ĩ ar.c.trãslato, q̃ ꝯsti.tñ nõ gaudẽt priuilegijs militaribus.qa eorũ militia nõ ẽ priuilegiata, & in eorũ actibꝰ dñt vti iur.cõi, vt cõiter teneť p doc.Cy.ĩ l.1.C.ď iur.& facti ignorãtia. f

a In c.super eo. de renun.] Circa secundã col ver. sed soluẽdo, vbi dicit. Quod qui soluit spõtè vĩ approbare, qđ per dolum vel turpem causam promisit.

b Rñ.Pa.ĩ c.fi.] Ibi poniť vtilis materia, de qua habes in l si quã do C vnde vi.

c Rñ.Pa.in d.c. sacris] Secundò no. exẽplum vt si qs ꝓpter cruciatum corporis fugiendũ cõicat excõica.o. Et sic vis cõtinet metũ, sed nõ è conuerso, vt patet ĩ l 1.in fi.eod.tit.

d Milites nñi téporis] Vtrũ militia sit dignitas dic vt supra dignitas i Apostil.

e C. qui bo. ce. pos.] Vlt. qõe. Ex quo dicit ꝙ nõ pñt carcerari.excludit tamẽ ab hoc bñficio milites piratas qui se habent tã quã Catuli in siluis ẽm Bal. ibi.

f C.de iu.& fac. igno.] vbi dicit Ias.in 2. colum. Quod cõis conclusio est, ꝙ milites nñi téporis aurati non gaudent priuilegio illiꝰ legis. Quia armis nõ vacãt, sed ĩ plateis spaciantur ẽm Cy. ibi.16.q. Et gñaliter in oĩ materia an ea quæ dicuntur in milit.ib.armatę militiæ habeãt locũ in militib.nñi téporis, vide Alex in l. centurio 7. col.vbi accumulatè refert alios de valg. & pu. Tñ sicut miles armatæ militiæ nõ põt torqri, sic nec miles nñi téporis auratus, ita Bart. Qui se de facto sic dixisse in l.milites C. qõni. Seqtur Alexander, vbi s̃. imo nec valet consuetudo vel statutum, ꝙ milites possint torqueri. Ear in l. omnes iudices. C.de decurio.li. 10. per tex.illũ.

& Bar.[a] in l.filius familias. §.veterani.ff. de ꝓcura.Bal. in l.in testamēto.C.de testa. quia non habent illa reqsita in militibus, sed magis sunt promoti ad pompā, vt dicit Bal. vbi supra.[b]

1 Quis non potest esse miles? ℞. ꝙ impugnātes securitates nāuigantium,& hostes publici,& infames milites esse nō possunt, vt in l. 1.in versi.optimos fidelissimosq; commilitones.ff. de testa. mili.

55 Vtrum statim post Celebrationem missæ sit comedendum? Responde. quod non de iure vt in capitul. tribus. de consecrati. distinct. 2. sed de consuetudine non seruatur illud ius. Debet ergo secundùm Pano. in. capitul. ex parte. de celebrat. missa. tam diu stare donec ille reliquiæ sint verisimiliter in corpore corruptę. Addo etiam ꝙ donec aliquas gratias post missam deo retulerit.

56 Vtrum tantum valeat missa mali sacerdotis sicut boni? Respond. secundùm quod colligo ex Sancto Bonauē. Ric. ar. 1. q. 1. & Scot. & S. Tho. in 4. di. 13. quod quo

a Qui libentius] Posset tamen cogi aliquis ex obedientia, vt missam mali sacerdotis audiret, & sic plus valet. Ratio quia valet plus obedientia, quàm victimę &c.
b Publicus] His enim casibus nõ dicetur contemni proprius sacerdos, sed hoc fit iuris autoritate.ar.c.prçter, & c.nullus.72 di. & cap.nostra.de cohab.cle.& mu. quod ibi no.Pa.
c Cõmittit furtum] Hoc dicit propter obligationes quas recipit a parochianis alienis.ar.ca.dudum. el 2. & de elect. vnde & teneretur restituere.ar.c. cum libe rũ.& c. cum nostra. de sepul.
d Misericordia] vide de misericordia. S. Th.2. 2.q. 30.Archiep. Flo.4.par.ti.5.c. 18.per totum .

ad sacramentum, sic est æqualis.1.q.1.c intra.Est tex. Augu s.de corpore domini. Quo verò ad otõnes quæ i ipsa dicuntur, inquantũ proferuntur ex persona totius ecclesiæ, sic similiter tantũ valet. Inquantum verò habent efficaciam ex deuotione orantis sacerdotis, sic plus valet missa boni sacerdotis quàm mali c. ipsi sacerdotes. Et ideo benè facit qui libentius a audit missam boni sacerdotis, dũmodo in substantialibus non credat excedere, quia periculosè erraret secundùm prædictos doctores.

57 Quis teneť audire missam? Res. ꝙ de præcepto quilibet qui non est excommunicatus, nec interdictus, aut legitimè impeditus diebus festis ab ecclesia præceptis de quo supra Ferię. S. 42. de bona honestate quilibet omni die, maximè Episcopus vel religiosus, aut ecclesiasticus, ar.c.si.de priui le.li.6.& quando sit mortale peccatum non audire in festo. Vide in d.S.42.

58 Vtrum a quolibet sacerdote eam dicẽte sit audienda? ℞.& dic vt s.Cleric.8.S.2.

59 Vtrum sit audienda in propria parochiali ecclesia in dieb..festiuis? ℞ sm Pan. in c.vt dominicis, de parochia. ꝙ sic, nisi ex aliqua causa legitima alibi audire velit puta quia parochianus est concubinarius publicus, b vel vt deuotius audiat, quia melius officiatur, vel propter prędicationẽ & huiusmodi. Si verò alibi audit ex contemptu proprij sacerdotis dicit ꝙ facit contra præceptũ superioris, & qui eũ admittit dicit, ꝙ quodãmodo cõmittit furtũ. c Sed tu dic ꝙ de iure in maximis festiuitatib sicut sunt festa dñi nri & B.Mariæ & Ioannis Bap.& similia, quilibet teneť audire missam aut in ecclesia parochiali pt in publico oratorio facto a populo.sm gl.in c.si qs ẽt extra de con.di.1. Et a fortiori, aut audire in ecclesijs mẽdicãtiũ & religiosorũ autoritate sedis apostolicæ ædificatis, in oratorijs ãt priuatis audiẽtes nõ satisfaciũt, sicut ẽ in domib. disciplinatorũ, sed an peccẽt mortaliter taliter audiẽtes, si postea non audiũt in parochiali, vel publico oratorio, aut ecclesia religiosorũ dico ꝙ non, quia nullo caueť iure ꝙ hoc sit preceptũ, nec ob.capit, si qs ẽt extra quia ibi nullũ verbũ ẽ positũ laicis, ꝙ sit præceptũ, sed solũ clericis nẽ celebrent prædictis festiuitatib. in talib.oratorijs, sine iussu vel permissione epi, similiter non ob. ꝙ ibi dr, ꝙ ad parochias ẽ legitimus ordinariusque conuentus, ergo ad alias nõ erit legitimus, quia non sequiť cum contineat absurdum sensum, quia ibi dr ꝙ in ciuitatibus aut parochijs in prædictis festis audiatur, ergo ẽt alibi est legitimus conuentus. Non ob.ẽt pdictũ.c.vt dñicis, quia si quis bñ attẽdit nihil præcipitur laicis, nec ẽt omnibus sacerdotib. sed solũ sacerdotib. parochialibus imponitur, quòd eijciant illum qui cõtempto proprio sacerdote, ergo si audiat in aliqua ecclesia quæ non sit parochia a sacerdote nõ parochiali non debet expelli, ergo licitẽ potest audire. Et quod solùm parochialibus præcipiat patet in verbo alterius quod est relatiuum ex duobus tantum, & alius alia aliud ex pluribus, licẽt promiscuè vtamur, & ideo nisi haberet parochiam non dicitur alterius, quia prædicta relatiua faciunt positionem regulariter eiusdem qualitatis. Item posito quòd esset aliquod ius præceptum, esset abrogatum per contrariam consuetudinem, vt supra Consuetudo S.6.patet.

MISERICORDIA d secundùm Augus. nono de ciui.Dei est alienæ miseriæ in corde nostro compassio, qua si possumus subuenire cogimur. Est etiam misericordia diminutiua pœnarum quam impedire non potest excessus iræ. Et nota.quòd misericordia, pietas, & clementia, & mansuetudo conueniunt inquantũ in eundem effectum concurrunt quæ scilicet est prohibere mala proximorum, sed differũt quantùm ad motiuum, quia misericordia hoc facit ex amicitia quam habet cũ proximis. Pietas verò ex reuerentia quam habet ad aliquem superiorem, scilicet

sterio habitu tñ non muta to. Et vt dicit glo. [a] in ver. conuersi. 17. q. 1. vt lex. Isti conuersi, & oblati magis astringuntur monasterio q̃ monachi. vñ nec ẽt causa arctioris religionis pñt trã sire ad alia monasteria, q̃ quã petant a superiore licentiam, quia efficiuntur quasi serui monasterij. Monachi verò hodie propriè sunt qui & habitũ mutant & profitẽtur, & ꝑmouent ad ordines. 16. q. 1. i multis c. ꝑsertim in c. monachus.

2 Vtrũ monachus possit ꝑfici in aliqua ecclesia? Res. Pan. in c. monachi. 2. no. de sta. mo. ꝙ solus non. vt ibidem. & in cle. nẽ in agro. §. ad hæc & ibi gl. eo. ti. Cũ socio verò monacho põt de licẽtia sui Abbatis aliter non 58. di. c. 1. & 2. qa non hẽt nec velle nec nolle in hoc c. si religios⁹, & c. quo rundam de elec. lib. 6. limi tat hoc Pa. vbi s. verum qñ ecclesia est subiecta mona sterio. Secus si non est subiecta monasterio, quia cũ desinat esse monachus mo nasterij non tenetur Abbas sibi dare socium. Idem gl. in d. § ad hæc.

3 Vtrũ monachus possit habere curã animarũ? ℞. Pa. in c. 1. de cap. mo. ꝙ nõ ĩ ecclesia vbi monachi col legialiter habitant, sed dẽt ab ẽpo [c] capellan⁹ institui qui populũ regat de ꝯsilio monachorum. In alijs aũt locis pñt deputari. vt patet in d. §. ad hæc, dummo do non solus. vt dictũ est.

4 Vtrũ possit monachus fieri canonic⁹ ecclesiæ sęcu laris? ℞. ꝙ nõ [d] c. in noua. 16. q. 7. de ele. cũ cãm q̃ in ter ẽm Io. 84 di. quorũdã.

5 Vtrũ monachus possit præfici ecclesiæ quorũcũq; regulariũ? ℞. ꝙ nõ vñ si eligit qs alterius religionis in p:ęlatũ non valet elec. Clemen. cum rationi. de elect.

6 Vtrum possit eligi in episcopum? ℞. ꝙ sic. vt in d. Cle. cum rationi in fi.

7 Vtrũ monach⁹ deputatus alicui ecclesiæ ẽt episcopatus teneatur ad obseruantiã regulę suæ? ℞. ꝙ sic, quantũ ad tria substantialia regulæ, & vt habitum deferat, ẽt si sit episcopus. de vi & ho. cle. c. clerici officia. in fi. vbi Pa. nec ex eo ꝙ hẽt administrationem dr̃ hr̃e proprium, qa eã tm̃ hẽt rõne officij sibi impositi de sta. mo. c. monachi. §. 1. Idem tenet gl. in c. vnico. 18. q. 1. Inobedientia verò distinguit quia si trãsit ad episcopatũ ex toto absoluit a iurisditione abbatis. 18. q. 1. c. vnico, si verò transfertur ad ecclesiã sęcularem quæ non est subiecta abbati suo nec ĩ spũalibus nec ĩ tpalib. ex toto eximit ab obedietia abbatis. 16. q. 1. in parochia. si verò sit solũ subiecta abbati in tpalib. sic eximi ab obia abba tis quoad spũalia 16. q. 2. visis, & c. sanè, si verò sit subiecta quoad spiritualia solùm, sic eximit quo ad tpalia. Si verò sit in omnibus subiecta, sic ex toto obediet abbati. quo verò ad alia a tribus votis & ab habitu non eximitur absolutè. Nam ab esu carnium tenetur abstinere, sicut ante, nisi dispensaretur cum aliquo monacho a papa, vt sol⁹ ꝑficeretur alicui ecclesiæ, & sine scandalo illorum cũ quibus viuit non possetabstinere, quia tunc comedere posset ẽm Gof. allegat. c. quisqs. 41. di. factus episcopus ẽm Host. & videtur sequi gl. in c. carnem. de conse. di. 5. etiam potest comedere. Ieiunia verò & silentium & vigilias seruare non tenetur: vt dicitur 16. q. 1. ca. nemo, & breuiter si attendantur verba d. c. nemo. dico quod ab illis solùmodo absoluitur præceptis regulæ quæ commodè nõ potest seruare cum exercitio prælationis sibi imposito, sed illa quæ nedum non impediunt officium prælationis, imo potius adiuuant, credo ꝙ teneatur seruare, quod benè not. Et sic intellige. [e] 20. q. 2. monachum.

de qb in d. l. 1. ff. a d muni. vbi Bart. plenè & in ciues C. de incolis. lib. 10.

a Vt d cit glo.] Illa glo. allegat pro sing a Pa. in d c. non est Nõ dicit tñ ꝙ magis astringantur monasterio, sed põt ex ea argumentari, ex eo quia nõ possunt transire &c. loquitur tñ de conuersis ecclesię regulari.

c Sed dẽt ab episcopo] Pan ibi multũ instat qa vr̃ contra. c. 3 de regula. vñ dicit ꝙ ille tex. loquitur ẽm iura antiqua, quibus monachi non ꝑmouebantur, sed ẽt loquitur qõ habetur clerić⁹ sœcularis in defectum aũt clerici instituitur monachus per episcopum, vt hic.

d Rñ. ꝙ non] Rñ. vr̃ ẽẽ. Quia ad propriã vtilitatem promoueretur, cum præbenda sit beneficiũ priuatũ. Itẽ quia est disparis professionis gl. tñ in d. c. in noua tenet ꝙ possit. Item gl. hoc tenet in c. 2. 58. di. Idem sequit Pan. in c dñs de vi. & ho. cle. Allegat glo. in d. c. ĩ noua. q̃ dicit ꝙ põt se conformare in habitu monachus ipse cum canonicis, si alias scandalum gñaretur ꝑp diuersitatem. sed idem Pa. in c. ꝙ dei. de sta. mo. tenet ꝙ non possit dispensare, ꝑ rõnẽ glo. in d. c.

quorundam, nisi nisi ecclesia cathedralis eẽt regularis, &c. Et sic possent glo. concordari.

e Et sic intelli.

Sed

ge] Iste. §. extra ctus est de gl. in d c de monachis. 16. q. 1. Et ibi Archi. dicit quòd si monach[9] pōt seruare regulam in his quę de substātia nō sunt, vt de non comedendo carnes, & huiusmodi si ne scādalo debet facere, aliàs non tenetur.

a Camisijs] Hæc duo ponūtur in d.c. cum ad monasteriū. Et ibi ēt añ fi. ponit quod prælatus debet eē potens in opere, & sermone, vt exēplo vitæ verbo que doctrinæ fratres suos instituere possit in bono & a malo ēt reuocare, zelū religionis habens secundùm conscientiā & delinquentes corripiat & castiget obedientes foueat & confortet.

b C. in singulis] Ibi optimè ponunt omnia quæ in capitulis tractari debent.

c Nisi in necessitate] Quid de debilibus & delicatis, quomodo debet abbas facere. Vide omnino in d.c. cum ad monasterium.

d Assignari rōe] vide s̄. lex. § 7 in 3. casu & Fede. cō si 25. vide s̄. ingressio §. 8. vbi in odiosis est aliter dicendum.

e Abbates] vbi glo. in versi. quæ requisierit Et no. Io. vbi s̄. in ver. iusta ār possessio. Quod autē p monachū fugitiuum acquratur monasterio suo tenet Bar. & Ias allegat ad hoc mul.

8 Sed quid de officio? R. vide supra Ho. §. 15.

9 Sed pone quod prædictus monachus indiget aliqua dispēsatione, ad quem recurret? R. quod si talis ecclesia subest abbati in spiritualibus ad ipsum abbatē recurret, si verò subest epo, tunc epm habebit loco abbatis. c. si quis monach[9]. 16. q. 1. Si verò sit exempta illa ecclesia & immediatè sub Papa, sic oportebit ad ipsum Papā recurrat. ar. eorum quæ dixi supra. Exemptus. §. 6.

10 Quæ sunt quæ pcipiuntur vel prohibentur monachis spāliter in iure? R. quod sunt. 10. quę not. in d. cle. nè in agro. Primū quod præcipit̄ē de latio habit[9] debiti s̄m formā in d. cle. positā. Secūdū quod omni mense confiteātur & suscipiant eucharistiæ sacramentū. Tertiū quod ille qui præest exponat regulā vulgariter capitulo, vel ab alio exponi faciat, sed prædicta solū astringunt monachos nigros in d. cle. no. Quartū nè vtant camisijs,[a] vt in c. cum ad monasteriū. de sta. mo. Quintò quod seruet silentiū cōtinuū in dormitorio, refectorio, & oratorio. In choro verò certis horis ibidē. Sextū quod faciāt capitula de triennio in trienniū. c. in singulis.[b] eo. ti. Septimū aucupationes, & venationes interdicunt eis. d. c. nè in agro. Octauū nè ad curias principium vadant vt suis monasterijs damnum inferant aliter sunt excommunicati illi q administrationem non habent. Nonū nè arma infra septa monasterij teneant, & de isto, & superiori. vide supra excōmunicatio. 7. Casu 38. Decimum nè carnes comedāt nisi in necessitate.[c] vt in d. capitul. cum ad monasterium, multa sunt alia quæ nedum eis, sed etiam omnibus religiosis sunt phibita, quæ vide. s̄. Religiosus. §. 65.

cās concor. in d l 1. ... ff. de ... in l quicq ... l. ff. eo. ti.

11 Quid de monachis q in suis monasterijs comedunt carnes in quibus memoriæ non extat quòd non comeduntur? Respon de. d. Car. consuluit (vt recitat Panormita. in d. capi. cum ad monasterium) quod impunè possunt comedere donec monasterium aliter reformetur, vt ex quo ipsi non fuerunt autores. nec apparet ex qua causa fuit introductum potest præsumi ex aliqua causa lɪtima introductum. ar. c. 1. de præscri. li. 6. Secus qñ ex corruptela, quia non excusantur. de consuet. c. cum tanto, sed de hoc dic, vt infra. Religiosus. §. 3.

12 Vtrum appellatione monachorum veniant alij religiosi? Responde. Panormita. in capit. ex parte. de postulan. quòd quando constitutio emanat respectu religionis, licèt loquatur de monachis tñ extenditur ad omnes religiosos cuiuscunque religionis. Et hoc nisi possit assignari ratio[d] diuersitatis inter eos. & monacos. quod no.

13 Vtrū monachus possit cōfiteri epo vel pęnitentiario? R. secundùm Rodo. quod sic, nisi sit exemptus vel priuilegiatus a Papa.

MONASTERIVM an obliget ex facto monachi? R. quòd nō, neque ex delicto neq; ex cōtractu, nisi duobus casibus. Primus si hoc sit versum in vtilitatē monasterij. qa intm̄ tenetur & non plus. ar. 10. q. 2. hoc ius. Secūdus si a cōuentu sit admissa administratio, quia intm̄ inquantū se extendit administratio, intm̄ obligatur & nō plus secundùm Io. in c. cum olim. el 2. ver. Itē no. quod ex oib. de priui. Et hoc intelligo tā de monacho q̄ abbate. Facit in ar. quod non obligetur. insti. de aut. tu. in pri. vide glo. 11. q. 1. de persona. in ver. si quis.

1 Vtrum possit acquiri p monachum obligatio monasterio? R. sic ēt per monachum fugitiuum. vt. ff de acq. pos. l. 1. § per seruum. 1. 8. q. 2 abbates.[e]

2 Vtrū relictū monacho cū tali conditione, quod nihil. acquiratur monasterio valeat? R. quòd non, nisi talis conditio intelligatē

quod

a Limito verũ] Hoc dicit Pa. in c.monachi ď sta. mo vide de materia ista ꝗ §.fi.
b Iure successionis] De hoc latè p Pa in c.in psentia de probat.in antep. col. versi. nũc qro quo iur.
c Ab intestato] Istam tenet Pan. in c.in præsentia de proba. quoad fratres minores in 37.col.versic. Conclude secundũ cõem opi.vide etiam ibi. Quid de alijs&c.
d Placet mihi opi.Car.]Pan.examinat hor ibidem.3.col.versi. aut inde egredietur licitè.

ꝙ nihil acquiratur monasterio respectu vtilitatis nõ respectu iuris sicut no.Bal. in aut.excipitur.C.de bo.q li. quia tunc valet ꝙ est dicere ꝙ conuẽtus permittat illam administrationem habere relicti, sicut, & seruus dr̃ habere proprium vt l.is qui suis ff. de manu. & facit quod legitur & nota. in gl.fi.l.Lucius. §. tres hęredes ff. ad Treb.quod quidẽ dictum Bart. limito verũ a qñ talis administratio refertur ad casum licitum. s. vt dispenset in ipsos vsus, qd religiosis licet etiam, de te sta.c.2.li.6. vel vt cõuertat ad vsum vestimentorũ vel librorũ & hmõi. Nõ ãt liceret vt posset administrare ad libitũ illa bona tanq̃ propria ẽt de snia Papę.d.c.cum ad monasterium de stat.mo.

3 Quid si abbas non vellet consentire vt prædictam licitam administrationem susciperet? ℞.relictum non valebit, & remanebit apud grauatum.l.vnica.C. de ca.tol. §.pro 2.gl.in d.§.tres hæredes.

4 Vtrũ bona ingredientis pertineant ad monasterium iure successionis, b an iure traditionis inter viuos? ℞. ꝙ magna est cõtrouersia inter doc.& glos. iuris ciuilis, de quo vide Albri.in aut.ingressi.C. de sacro san.ec. Sed tu tene verius esse ꝙ iure successionis. Attamen si lęsum fuerit poterit restitui ad minoris similitudinem vt C. si vt ab hære.se.ab. per to.

5 Quid de bonis ingredientium ordinem minorum aut aliorum, qui nihil possunt habere? ℞.Albr.in d.auten.ingressi recitat opi.quatuor. Prima quòd habeantur pro derelictis. Secunda quod pertineant ad venientes ab intestato. c Tertia quod ad episcopum in cuius diœcesi subsunt. Quarta ꝙ acquirantur ecclesię Ro. cui subsunt, & inde alantur. Et hæc est verior de quo non me extendo, quia habent omnes tales priuilegia in huiusmodi quibus oportet stare, & vide supra legatum.1.§.5.

6 Vtrum acquisitum per monachum expulsum vel fugitiuum efficiantur monasterij sui? ℞.vt colligo ex not.Ab. Inn.in c.cũ olim.el 2.in ver sed si expulsus.de priuile. & Ho.in ti.de infan.expo.& alios, ꝙ si monasterium noluit eum recipere vel maior pars capituli, si erunt episcopi vel alterius monasterij si ipsum est ingressus. Si verò solus abbas vel minor pars fuit in culpa, sic acquiret monasterio suo, si autem non curauit redire talis monachus, & totũ monasterium videns eum vagabũdum neglexit, sic similiter acquiret episcopo vel alij monasterio (si quod ingreditur) sicut de seruo dicitur in l.quod seruus. ff.de sti. ser.ꝙ fit apprehendentis, ꝙ si monasterium repetit, sed non potuit obtinere aliquo impedimento, sic acquirit monasterio suo in aut. de san.epi.§.si monachus. Pręlatus.n potest monachum fugitiuum vendicare cũ omnibus bonis per eum acquisitis.c.abbates. 18.q.2. aut si fortè ad aliud monasteriũ sit translatus pp peccatũ suũ. puta quia ponitur in alio monasterio ad pniam faciendã, & hmõi.26.q.1.si qua monacharũ, sic bona illa quæ proprio monasterio attulerat quoad vsumfructum erunt secundi monasterij.16.q.6.de lapsis & post eius mortem redibũt ad primũ. Si verò trãsit ad ſm monasterium licitè, quia strictus vel qa ꝓmouet ad prælatũ alterius, sic tenent aliq̃ in c.quod a te de cle.coniu.ꝙ qcqd acqret postea erit secũdi, sed alia primis, & videt tex.pro hoc.18.q.1.in c. vni. Alij dicunt ꝙ omnia sibi vndecunque prouẽta erunt secundi vel dignitatis, quia vñr accedere ad personã licèt expresse fuerunt collata tpe ingressus rõne prædicta, & illud. ca. vnicũ loquitur de acquisitis ex industria monachi, quia erunt penes primum monasterium in quo ea acquisiuit non de patrimonialib.datis primo monasterio, & hoc vltimum sentit.d.Car.in d.c.q a te. Pan.verò ibidem tenet vt bona patrimonialia sequãtur personam.ar.huius.c.ꝙ a te, & cap ex transmissa.de renun.& l.1.in fi.ff.de colle. illi.& hoc sequi videtur Hu.& Io.And.in d.c.ꝙ a te, & magis placet mihi opi.Car. d

7 Vtrum monasterium possit grauari noua consuetudine, seruitio vel onere? ℞. ꝙ nõ nisi a principio de ꝯsensu epi a patrono sit ei iposita.vt i c.sciẽtes, de cẽsi.non tñ in

ligas ꝙ in dote necessaria possit etiam a principio imponi aliquod onus, sed intellige i alijs a dote pdicta.

8 Vtrum quis possit frequẽtare monasteria monialium? Rx. ꝙ non, nisi ex causa manifesta & rõnabili, aliàs post admonitionem frequentantes, si sunt clerici deponuntur.[a] si laici excõicentur. c. monasteria. de vi. & hon. clericorum.

9 Vtrum monasteria dupla fœminarum & religiosorum sint licita? Rx. ꝙ non vt in c. diffinimus & c. monasteria. 2. ibidem, & ca. in decima. 18. q. 2.

10 Vtrum quis possit pręfici duob[us] monasterijs? Rx. ꝙ non, sicut nec plurib. ecclesijs curam habentibus animarum, nisi vnũ dependeat ex alio. de præbẽ c. cũ singu. li. 6. imo plus, si monachi vni[us] monasterij, prioratus vel ecclesias aut administrationes seu officia vnius monasterij consueta per eiusdẽ monachos gubernari sine licentia Papæ committerẽt monacho alterius monasterij sũt priuati autoritate prouidẽdi ea vice, & recipientes fiũt inelligibiles ipso iure. d. ca. cum singula. §. si.

11 Vtrum abbas possit vsumfructũ alicuius rei relictum monacho ei auferre? Rx. ꝙ sic per no. in aut. ingressi. C. de sac. san. ec. & in c. 2. de sta. mon. Sed quid si addat si molestet monachũ cadit a leg glo. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb. hanc qõnem format, & ibi Bar. & per Ci. in l. quoties. in fi. C. de donati. quæ sub modo & per Bar. & Bal. & Io. de Imo. in l. si alienum. in prin. ff. de hęr. inst. Et cõclude ꝙ si legans disponat per viam pœnæ non valet quia impositio pœnæ sup facto ipossibili de iure vel de facto non valet. vt l. cerdonem. ff. de ope. liber. l. 1. C. de his quæ pe. no. sed si vult vt non possit molestari, dicat lego vel reliquo vsuf. tali monacho donec, & quousque Abbas faciat ei qõnẽ[b] & ex tũc non relinquo. ita dicit Bal. in d. l. 1. in 7. q. & Pau. de Cast. in d. §. tres hęredes, sed in eo qd' habuit monachus ante controuersiã poterit Abb. ꝯtrouersiã facerẽ, & illa auferrẽ, s'm pdictos.[c]

MONIALIS non debet habere singularem habitationem sed comm uniter tã in ecclesia quàm in refectorio & dormitorio esse debet. 18. q. 2. perniciosam, vt sibi sint testes castitatis & honestatis, vt in aut. de mona. §. cogitandum.

1 Non debet loqui monialis cum aliquo monacho, nisi cũ socia vel psente abbatissa & breuiter. c. diffinim[us], & c. in 10. 18. q. 2.

2 Vtrũ possit cantare in choro cũ monachis? Rx. ꝙ non, vt in d. c. perniciosum.

3 Vtrũ moniales teneantur seruare clausuram? Rx. ꝙ sic oẽs, vt in ca. periculoso. de sta. re. li. 6. nec ob. ꝙ quidam dicunt ꝙ non pt eis indici vita arctior ipsis inuitis, quia hoc non pertinet ad arctiorem vitam, sed ad conseruationẽ honestatis debitæ, & iõ non excusant[d] a peccato mortali, quæ nõ obseruant clausuram cũ possint, pt Abbatissa exire pro homagio faciendo cum honesta societate, ita tñ ꝙ ad alia non diuertat, Similiter si esset aliqua quæ notabili morbo laborans sine aliarũ infectione ibi esse nõ posset, vt in d. c. periculoso vbi prælatis ipsarũ præcipit ꝙ prouideãt, & ꝙ nõ permittant patere accessus quarũcunq; psonarũ ad eas, nisi ex rationabili cã, & manifesta, & ꝙ singulis annis eas visiteut, & illæ quæ sunt ita exemptę ꝙ immediatè subsunt papę debet episcopus autoritate apostolica visitare, vt no. in cle. attendẽtes de sta. mo. & in d. c. periculoso.

4 Vtrum teneat receptio monialium nõ mendicantium facta vltra numerum earũ quę possint sustentari sine penuria de pro

uentibus

a Deponuntur] Et detrudi i monasterio ad agendam perpetuam pœnitẽtiã. 37. q. 1. c. si qua mo nacharum, & c. si quis episcopus. Laicus verò secũdũ leges decapitatur, & omnia bona applicantur monasterio cui intulit iniuriam vt est. l. ca. nonizata. ea causa 1. q. Si quis rapuerit. Ad idem l. si quis non dicam rapere, de epis. & cle. & iste talis tria cõmittit peccata. s. sacrilegium qa lædit sacrum, incestum quia cũ cõsanguinea spũali. Et adulteriũ quia cum sponsa Christi gl. ẽ not. in c. virginib. 27. q. 1. & ibi gl. illa inuestigat a iste talis possit accusari accumulatiuè de quolibet istorum, an verò debeat eligerẽ alterum, & non vsquequaque sol. uit. Sed redu[c]tas ad no. per Bar. in c senatus, ff. de accu. & per Io An. in ad. Spec. tit de ahom. in prin.

b Faciat ei qõnẽ] & ita saluatur gl. in d. §. tres hæredes, sed i stã trib. minoribus legatum nulli q̃ritur s'm Bald. in d. l. 1. q. vt hic, qa repugnat eorũ status habere legatũ in particulari vel vniuersali &c.

c Secundùm post dictos] Pa. in ca. 2. de statu mon. versic. [illegible] d vltra do vide etiam. i §. 2. cum seq.

d Et ideo nõ excusantur] Imo dicit Gem [illegible] dem in princ in [illegible] no. ꝙ non valet consuetudo, ꝙ moniales pñt exire monasteriũ, qa est ꝯ honestatẽ.

a Mora] Not. ꝙ nô capitur triplicĩter in iure. Aliq̃n capitur mora pro habitatione, l. 2. C de incolis, li. 10. Secundò pro tractu temporis, vt a tã ltēpe ad tale tẽpus est lõga mora. Ita capitur in aut. sed his. C. de tẽpo. app. Tertiò capitur pro culposa dilatiõe tã ex parte debitoris, quàm creditoris, & sic capitur hic. Et qualiter diffinatur habes gl. mag. in l. mora ff de vsur.

b Facit, l. in fidei commissi] Vide ibi gl.

c In expẽsis] Pa. in d. c. licèt Heli. fin. d. gl. in versi. inscriptio dicit ꝙ tenetur ei ad oẽ interesse, & secundũ Io. An. dicit monitionẽ esse necessariam.

d Hoc sequitur Fulg.] Vide quę latè scripsi. infra Restitutio. 1. in ver. mora.

e Di. 21.] Quo. 1. a. 1. 4 ar. principale. Et si dicatur ꝙ mors ẽ pœna necessaria. Rñ. quia necessarium põt voluntariè acceptari, vt dicit Sc ibid. Et Pa in ca. super eo de rap. dicit ꝙ si qs a. cipit condignã pœnitentiã a iudice terreno pro aliquo delicto, ꝙ si punietur a deo pro illo, facit qđ no. in c. q. d ergo. 2 1 q. 5. quia deus nõ iudicat bis in

uentibus monasterij? ℞. ꝙ non, imo ipso iure est nulla d. c. periculosa. S. sanè.

MONETA Quot modis falsarius. vide s. Falsarius. S. 4. & 5. & de qua debet fieri solutio. Vide infra. Solutio S. 2.

MORA a incurritur cum qs non facit id quod facere tenetur, & eo tpe, vt notatur in c. vlti. de loc.

2 An requiratur monitio, vt qs cõstituatur in mora? ℞. ꝙ si dies est apposita obligationi non requiritur, qa dies interpellat ꝓ hoie, d. c. vlt. & C. de contrahend. & co. stip. l. magna, de quo vide Obligatio. S. 8. Si verò dies non est apposita obligationi, nec alia conditio, sic requiritur monitio s̃m Bal. in l. non ignorat, ver. si ãt, in 1. col. C. de fruc. & li. expen. & Ang. in l. si manu missori. C. de obse. pa. præ. & Pa in c. licèt Heli sup gl. in ver. inscriptio, de sim. & in c. 1. de accusatio. 4. not. Facit lex in fideicõmissi. b & ibi ẽ casus aureus. ff. de vsu. & in l. qdam ibertus, in prin. in verbo qua de re vo lo vt cũ ibero loquaris. ff. de ser. vrb. pred. & id quod legitur & no. in l. debitores præsentes prius denuntiationib. conueniendi sunt. C. de pig. & in l. si ex legati causa ff. de ver. obl. & in c. accusatio. 1. q. 7. licet gl. dicat in d. c. licet Heli. quod in pecuniarijs admonitio est de honestate, non de necessitate. Tamen Ludo. de Ro. in suis notandis tenet quòd si debitor citatur sine monitione, & confitetur debitum, qđ dẽt actor cõdẽnari in expensis c si poterit ꝓbare, qđ non fuit monitus, quia debito ri incumbit probatio ꝙ sit negatiua. Ratio qa ius ꝓsumit ꝙ creditor monuerit eum, qa cõiter sic solet fieri, vt dr̃ in d. l. in fidei cõmissi. Et istud est verũ sm̃ ũ de iure fori. Sed de iure poli, teneo ꝙ si creditor ex timore ẽt reuerentiali non audet petere debitũ. vel ignorat, ꝙ tũc ẽt sine monitione constituatur debitor in mora, aliàs non, qa ex quo scit, ꝙ ei dẽtur, & sine oĩ respectu ꝓt petere, & non petit, videtur consentire, quod teneat. Et sic intellige in l. omnib. obligationibus. ff. de re iud. & Theologos in 4. Attende quòd morosus tenetur etiam ad restitutionem damni dati ei cui nõ soluit & lucri cessantis, s̃m ea quæ dico infra Vsura. 1. S. 16. cum sequenti, & 10.

3 Quõ purgatur mora? ℞. ꝙ ex celeri solutione ad requisitionem factam, vt no. in d. c. vl. facit. c cũ Bertoldus, de re iud. & c. ex tuæ. de cle. non resi. Aduerte hic ꝙ mora, & culpa ęquiparantur, nisi in hoc qđ mora est purgabilis. l. si seruum S. sequitur. ff. de ver. obl. Et sic põt intelligi l. si is in fi. ff. de iure do. Et iõ si res quæ est restituenda vel danda eodẽ mõ esset peritura apud dominum, vel eũ cui est dãda non tenetur morosus. l. fi. S. 1. ff ad l. ro. de iac. nẽ creditor lucretur cũ aliena iactura. Hoc sequitur Ful. d in l. quod te. ff. cer. per. Similiter si obtulit post morã tempore debito vt ĩ d S sequitur.

4 Sed quid si dubitatur an peritura fuisset? ℞. ꝙ debitor morosus non liberatur, qa interꝓtatio fit ꝯ eũ l cũ res S si ff. de le. 1.

MORS est triplex corporalis, spiritualis. & gehennalis, de pe. di. vl. c. vlti.

1 Vtrum quis possit sibi infligere mortem corporalem. Vide s. Homicidium. 1. S. 2.

2 Vtrum mors tẽporalis sit satisfactoria ꝓ peccatis? ℞. Scot. in 4. di. 21. e quòd mors naturalis quantumcunq; sit necessaria, tamen si voluntariè acceptetur est sufficiẽs pœna pro omnibus peccatis venialibus & forrè pro magna parte pœnæ debitæ pro mortalibus. Ex quo infertur ẽt quod multomagis est satisfactoria mors quæ infligitur alicui etiam pro peccato suo, si voluntariè & patienter sustineatur.

3 Vtrum mortuus resuscitatus restituatur in integrum? ℞. vt elicitur per gl. & Arc. in c. 2. 3 2. q. 7. & per Ioan. Andr & Pa in c. fraternitatis, de frig. & male. post Vinc. &

idipsum Ric. in 4.di.21.ar. 1.qõ. 1. dicit, ꝙ mors violenta pōt tollere totam pœnā secundum quantitatem cõtritionis. Idem Astens. libr. 5. cit. 24.

a Talem regulā] Aduerte quia cū omnes religiosi semper promittant seruare quādam regulā spālem semper esset vera opi. Io. An. quodiñ negatur ideo dicas ꝙ opinio. Io. An. debeat de æquitate procedere. Nam si in sæculo remanere vellet satis, Ingratus esset.

b Nec recupat] Vtputa substātia temporalem.

c A iure cōmuni] Puta statuto cauetur, ꝙ mortuo patri filij eximantur a patria potestate in lelligitur ð morte naturali, vel pone exemplum si dicat lex, vxor per mortem viri lucretur donationem propter nupt. quia intelligitur de morte naturali &c. Gem. latius expendit, &pro primo mēbro, si ius exprimit de qua morte velit intelligi stabitur illi, vt ĩ c. pe. de sup. neg. præla. li. 6. ad secūdum mēbrum principale. Si sumus in materia stricta, & odiosa itelligitur ð morte naturali. d. ca. susceptum. Si in materia larga, ñ si sumus certi de mente proferentis illa ē seruāda aut sum⁹ i dubio & dicas vt hic.

d Habet eū̄ idem effectum] Exemplum de ingrediente religionē & testamentum condente q̄ per professionē confirmatur.

e In d.c. susceptū in ver. humanis] Exemplū si quis abest vel officio depouit, & pōt poni ēt exemplū vt si quis sit excommunicatus.

Ber. Bri. ꝙ quoad ea q̄ imprimuntur in anima nō perdidit, & ideo non restituit. Vnde sacerdos resuscitat⁹ non reordinatur nec baptizatur, & huiusmodi. Ioan. An. idem sentit etiam in ꝓfessione, licèt caracter non imprimatur quia obligatio acquiritur deo qui nō moritur. c. fi. de cōdi. appo. Sed Pa. tenet cōtrarium in hoc quia talis obligatio ē restricta ad tempus, propterea ꝓfitentes dicunt toto tempore vitę meæ ꝓmitto &c. Et hoc credo verius, & opin. Io. Andr. militaret quando quis simpliciter promitteret seruare talem regulā. a In alijs autem in quib. nec caracter imprimitur, sed adhæret corpori. Io. An. dicit quod nō restituitur nec recuperat, b quia actio semel extincta non reuiuiscit. ca. ex transmissa, de renun. sed gl. in l. nam ad ea, alias. l. ex his. ff. de legi. & in l. seruus effectus ff. de ac. & oblĩ. tenet quod recuperet idistinctè. Vnde dicit ꝙ rumpet testamentum, quod ante fecerat & recuperat bona. Archi. vbi supra. tenet q̄ restituitur quasi iure postliminij. & idē tenet Io. de S. Geor. & bene. Ratio quia si restitutio principis in integrum refertur ad omnia. l. 1. C. de sen. pas. 2. q. 2. c. fi. in fi. ergo forti⁹ restitutio dei. Sed tu dic quod sicut nō extinguitur obligatio illius q promisit nauem alienam, sed solū cessat quamuis dñs nauē destruat animo reparandi eam ex eisdē lignis, quia eadem nauis cēsetur, vt in l. qui res suas. §. aream promisit in ver. nec simili. ff. de sol. Sic in ꝓposito quia dominus dissoluit talē animo, vt postea ex eisdē pulueribus resuscitaret. Et opinio contraria posset saluari quando fuisset morte resolutus non animo restaurandi, quia tunc nauis licèt restauretur non est eadem, sed in isto casu non pōt esse in matrimonio, tñ certū est ꝙ nō restituitur nisi de nouo contrahatur iterum, q̄a semel dissolutum ex morte, & ideo non recuperat iure postliminij, vt in l. non vt a patre. ff. de capti. & postli. reuer. secus in alijs vt dictum est. Bar. etiam in l. 1. in repe. 11. col. ver. formo. q. talem. C. de sacros. ec. tenet quod resuscitans iterum moriturus, vt Lazarus, recuperat & reuocat testamentū, sicut per natiuitatem filiorum, sed resuscitatus non amplius moriturus non rūpet.

4 Vtrum spolians mortuos peccet? R. ꝙ sic & grauissimè punitur secundùm leges, vt de sepul. viola. l. prætor. §. aduersus eos, & Philo. quarto Ethicorum latronibus tales annumerat.

5 Vtrum mors ciuilis æquiparetur morti naturali in dubio? Respond. Gemi. in capitul. suspectum de rescri. li. 6. Archid. ibidem, & domin. Anton. in cap. licèt de offi. deleg. plenè prosequitur. Sed tu conclude quod aut verbum mors profertur a iure in materia stricta, & exorbitanti a iure communi. c Et in dubio intelligitur de morte naturali, vt in d. c. susceptum, & l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gesto. & ibi gl. & Bartol. Aut ius non est strictum in quo scribitur mors, sed est extendibile ex identitate rationis. Tunc si mors ciuilis habet eundem effectum d quæ ad id de quo agitur quem habet mors naturalis, & sic æquiparatur, & ita procedit. c. placuit. 16. q. 1. Si āt mors ciuilis non habet per omnia eundem effectum quoad id de quo agitur, quem hēt mors naturalis, non extendetur nec æqparabitur morti naturali, vt dicit glo. in d. c. susceptū, in ver. humanis, e & in d. c licèt in glo. magna in fi. Aliâs sic. Si verò verbū mors profertur ab homine, tunc in dubio non æquiparatur, quia verbum hominis

debet

debet referri ad mortẽ naturalẽ. vt l. ex ea parte. §. in insulam, & ibi gl. ff. de ver. oblig. Ioan. autem. 16. q. 1. placuit, dicit quo regulariter mortis appellatione intelligitur naturalis mors.

6 Quis dicatur esse in mortis piculo? ℞. Infirm⁹ quotidiana febrę, obsessus in loco vbi machinæ iaciuntur, vel a talibus hostibus q eũ volunt occidere. Nauigaturus per loca insidiosa. Aut ætate confessus, & huiusmodi vt patet. ff. de donatio. c. mortis. l. mortis causa cũ tribus sequentibus. Vel dic ꝙ arbitrium boni viri ẽ sequẽdũ, vt pensatis conditionibus iudicet si ꝓbabiliter imminet periculũ mortis, & tunc dicatur in periculo [a] mortis.

7 Verũ liceat requirere a moriente quòd sibi reuelet statum post mortem? ℞. ſm Tho. in quolibet quod sic, dũmodo hoc subintelligat si deo placuerit, & hoc nõ fiat ex infidelitate, vel dubitatione fidei.

MVLIER Vide supra fœmina.

MVLTILOQVIVM secundùm Alex. 2. de multiloqo dr̃ ꝙ est multitudo loquutionis cũ superfluitate, vel pter vtilitatẽ, vel necessitatẽ. Et sic intelligit illud Prouer. 10. In multiloqo nõ deerit peccatũ. Aliud tñ est ꝓpriè loquendo multiloquiũ, aliud verbositas, sicue linguositas. Quia linguositas sonat in contemptum prouenientem ex consuetudine superfluæ & ino dinatę locutionis. Multiloquiũ verò non determinat tantũ quãtũm linguositas, sed stat in genere, & licèt sit veniale, tamen linguositas potest esse mortale. Vnde Iob. 11. Nunquid qui multa loquit nõ audiet vir verbosus iustificabitur, quasi dicat nõ.

MVNVS tribus modis dicitur. aliqñ capitur pro dono, quod quidẽ est propriè id quod spontè pręstamus, & ex nulla necessitate vel iuris officio, quod quidem si non pręstaretur nulla esset reprehensio, vt ff. de verbo. significa. l. munus proprie. Differt tamen q̃a munus est donum cum causa. Donum verò se habet in plus, quia etiam aliquando sine causa, vt patet in l. inter donum & munus. ff. de verborum signific. Aliquando capitur pro officio [b] cum honore. aliqñ pro honore sine onere, vt habetur de his omnibus in l. munus tribus modis dicitur. ff. de verb. significa. Vnde in d. l. munus propriè est quod necessariò subimus legis impositione eius qui potestatem habet iubẽdi. Et de isto hic tracto.

1 Quotuplex est munus? ℞. quod triplex. Quoddam sordidum quod consistit in vilibus officis, vt in arena fodiẽda, calce coquenda, & alia exempla in l. maximarum. C. de excu. mune. lib. 10. Et potest dari ista regula in ipsis agnoscendis ſm Ba. in l. vnica. C. de muneribus & in quo loco, libr. 10. quia sicut illud est honor quia in loco reputatur honor, vt no. Inn. in c. de multa de præb. ante fi. ita illud est vile quod reputatur vile, & hẽt officia vilia, & hæc tm̃ danẽ vilib. ꝑsonis non maiorib. vel humiliorib. C. de susce. præp. & Arch. li. 10.

2 Quoddam munus dicitur honestum cum honore annexo, & ista munera appellãtur honores [c] in l. cui muneris. ff. de mune. & hono. & ista sunt officia seu dignitates publicæ, vt di. l. vnica.

3 Quoddam dicitur munus simplex solũ quia non habet nec honorem, nec vtilitatem annexum vt est tutela, cura, & huiusmodi [d] ff. de excusat. tu. quomodo dicuntur præfata munera personalia merè? Respo. quod tunc quando explicantur labore corporali solũ sine sumptu vel detrimento rerũ ꝓpriarũ. l. fi. in prin. ff. d mu. & ho.

Quando

[a] Tunc dicat in periculo] Vide pulchram doctrinã Pa. in c. pastoral. s in § præterea, d offi. or. Esse & autẽ est. Verũ qs possit absolui ab excõicatione vel casibus reseruatis in articulis talibus de quib⁹ hic constituit. Et qd de muliere in partu, & certè melius est vt absoluat &c. Quia si euadet se repręsentabit &c. possunt etiam absolui q sunt in bello iusto, secus si iniusto, ex quo sunt in peccato. Alium effectum ponit Bart. in l. mortis q. 1, scilicet propter talia pericula possunt examinari testes.

[b] Pro officio cũ honore] Vt cũ dico est officiũ militare, i. mun⁹ militare, & munus doctoris, i. officiũ doctoris. Munus est tripliciter, v. nũ merè persona le, aliud merè reale, & aliud mixtum declarat iuriscon. in ti. per totam. ff. de mu. & ho. ff. multũ no. Bar. quem oĩ nõ videas in l. 1. C. de muneribus, & in quo loco. li. 10. Cui⁹ dicta accepit Pa. & posuit in c. nõ min⁹, de im. ecc.

[c] Honores] Nã honor administratio reipub. cum dignitatis gradu. l. honor, in prin. ff. de mune. & hono. Vñ si qs creatur centurio ciuitatis ẽ munus ꝑsonale, & appellatur honor. Similiter si eligeretur qs legatus siue ambassiator ad magnũ principẽ appellaretur honor, vt dicit rub. d mune. & hono.

[d] Cura & huiusmodi] Aliud exẽplũ, vt si qs eligatur ad exigendum pecuniam ꝓ ciuitatem.

4 Quando dicunt patrimonialia, seu realia? R. quod tunc propriè quando cum sumptu proprio fiunt ab alijs.

5 Quando dicunt mixta scilicet personalia & patrimonialia seu realia? R. quod quando cum labore corporali a nobis explicantur & cum sumptu nostro, vt colligitur in d. l. fi. § patrimoniorum.

6 Quomodo dicunt ordinaria a præfata munera, siue personalia siue realia? R. quod ordinaria sunt quando habent certam & ordinatam præstationem per aliquam legem, vel statutum seu consuetudinem longam, vt de vaca. & excusa. mu. l. in honorib. qui muneris publici.

7 Quomodo dicant extra ordinaria? Respõ. quod quando non per legem vel statutum vel consuetudinem imponuntur, sed secundùm voluntatem dominorum secundùm Bart. & patet in l. vnica. C. de vaca pu. mu. Vnde per accidens ista imponuntur.

8 Aliquando ista munera dicuntur indicta, vt quando princeps imponit per l. aliquando vel per statutum quod a princ. erat extraordinarium. Sed nunc efficitur ordinarium. e

9 Aliquando dicunt superindicta vt quando supra ordinarium aliquid imponit propter necessitatem occurrentem. Facit l. vnica. C. de superindicto. li. 10 est & alia di. Gre. sup illud Esa. 33. qui excutit manum suam ab omni munere, quod triplex est munus a manu, ab obsequio, & lingua de quo, j. Simo. 5. in prin.

MVRMVRATIO secundùm quandam Apost. sup illud sapientiæ primo. Custodite vos a murmuratione, est quædam querela cum impatientia in his quæ homo deberet patienter ferre, & committit aliquando contra Deum per displicentiam, eo quod nõ tribuat prosperitatem vel aduersitatem secundum merita hominum, quia immittit tribulationes, vel non regit mundum modo nostro, & tamen iiustè, quia Ier. 11. Iustus quidem tu es domine, si disputem tecum, licèt nobis sint occulta talia iudicia. Aliquando est contra platos de quib. dr 90. di. Alienus fit a fratrum vnitate qui murmurauerat, & ideo Apostol. Neque murmurraueritis &c. primæ. Cor. 10. & quando fit peccatum mortale, dic quod tunc quando expressa fit contra aliquod præceptum Dei, puta quia dicit vel credit Deum iniustum iudicat temerariè & huiusmodi.

MVTILATIO quid sit. Vide supra Homicidium. 5 S. sexto.

Secundò est munus merè reale seu patrimoniale siue bursale. Et dicit Bal. in l. de pa. consti. in ver. libellorum, quod ecclesiæ non curant de munerib. personalib. sed tantùm de patrimonialib. siue bursalibus. Et illud munus est triplex. s. quod imponitur personis tantùm non habens respectum ad rem seu ad patrimonium, vt est quando expensa imponuntur per capita, vel per fumantes, & ista appellatur propriè capitatio. l. ætatem. ff. de cen. fi. & abusto munere capitationis imperator exemit quoscunque ciues præsentis vrbis Romæ, & statuit quod solum rustici tenentur ad istud tex. est post Rubricam in l. vnica. C. de capit ci lib. 11. Quoddam est munus reale, quod imponitur personæ pro reb. habito respectu ad res, quando imponitur per æs & libram, vt est quantùm habet quis in patrimonio, puta mille libras, tunc soluit fortè vnum denarium pro libra. Collectæ tamen propriè & strictè dicuntur illæ quæ non habent certam & determinatam formam, puta si est opus facere aliquam impensam, imponuntur collectæ per es & libram. Glo. est & ibi vide Bart. in l. rescriptæ. §. fi. ff. de mune & ho. Bar. in l. 1. ff. quo l cuiusque vniuersitatis no. & in l. 4. §. a tor vbi alij sci sent. s. ff. de re iudi. a. & in d. l. 1. C. de mulierib. in quo loco. lib. 10. Et istæ collectæ non possunt imponi forensib. neque clericis regulariter. vt dicunt Bartol. & Bald. & alij in l. placet rationib. C. de sac. san. eccle. Ratio quia imponuntur personis pro reb. & personæ non sunt subiectæ, igitur &c. vide ad hoc Alexan. consi. 65 secundo vol. inci. viso, & benè discusso processu. Falli tamen forensis qui esset vsurarius. secundum Bart. in l. fi. § pe. ff. de mu. & ho. Quoddam & tertio est munus merè reale, & istud propriè appellatur tributum. Et licèt tributum largè dici possit quicquid tribuitur, propriè tamen & strictè dicitur illud quod tribuitur principi propriè & ordinariè. Exemplum in ragno Franciæ, vna ciuitas præstat ordinariè principi centum millia ducatorum. Et non solum appellatur tributum sed etiam census, seu annua præstatio habetis etiam annonam militarem. Et erat etiam tributum ordinarium, quod mittebant principib. in annona. Exemplum ista ciuitas est obligata dare omni anno imperatore mille saccos frumenti. Sed de annona in specie glos. est optima, quæ ista declarat in l. . ff. de publica. in ver. pendant. Hæc Iason. l. placet C. de sa. san. ecc.

a Ordinaria] Dicuntur quæ sunt imposita ab imperatore vel a supremo principe. Et si non sunt imposita a supremo principe etiam si haberent certam & determinatam formam dicuntur extraordinaria secundum d. Ias in d. l. placet. C. de sacro. sanct. ecclesi.

b Efficitur ordinarium] Ideo dictum propterea est illud quòd olim imperatores vltra tributum, & censum quod soluebatur omni anno. Quia non omni anno tributum, sed per singola lustra, idest singulis quisque annis quælibet ciuitas soluebat tantùm de ferro, postea taurùm de argento, postea tantum de auro. Et ista indictio quæ soluebatur per singula lustra, postea reuersa est in ordinarium munus, & ab illa singulis. 15 annis incipiebant ad præstationem munerum. Et ab ista indictione notarij inceperunt stilum suum, vt declarat

clarat gl. In ver. septima. C. de iu stini. C. confirm. & in auteae. vt ꝑ po. not. imperat. in prin. in ver si indidtionis. Et la tè magister aliter Spe. ti. de instru. edit. in princ. in 2. colu. &c.

a Aliter nō erit mortuū] Adde, aliqua quę requiritur de uontan. tia ad hoc vt con trahatur mutuū. Primum est ꝙ tē pore contractus agatu vt nō red datur idē in specie. Secundum ꝙ reddatur idē in genere. Tertium ꝙ transferatur dominiū rei mu tuatæ, & ratio in pecunia aliena non cōlistit mu tuum nisi recon cilietur, quartū ꝙ mutuum con. stat in reb. consi stentibus ponde re &c. vt hic. Et nisi ista quatuor concurrant non potest esse mu tuum. Non tamē intelligas, quod vbi ista concur runt semper fit mutuum, quia partes possunt agere, ꝙ fit depositum, ve mul totiens fit l. Lu. cius la. 1 §. 1. & l. dies sponsalio rum, & l publia. §. t. ff. epositi. & magna vtilitas erit ꝙ fit deposi tum & non mu tuum, primò qa instrumentū de positi habet exe cutionem paratā l. pe. & ibi Bart. ff. depositi, i mu tuo verò secus, probatur in l. mi nor. 25. annis cui fideicommissum in ver. Ad initiū

MVrvs per signa ꝑpe tere sacramēta & ei sunt danda. 16. q. 6. qui recedunt. & c. seq.

1 Vtrum possit contrahe re matrimonium, vide su pra Matrimonium. 2. §. 4. Et matrimonium. 3. impedimento. 18.

MVtvvm est quod de meo fit tuū ff. si cer. pet. l. 2. § Appellata.

1 In qbus reb. consistit pro priè mutuum? R. ꝙ in reb. quæ consistunt in numero, vt pecunia & huiusmodi, pondere, vt massa auri, vel argenti. & huiusmodi, vel mensura, vt vinum, oleum, triticum, & quę vsu consumuntur, vt in d. l. 2. §. mutuì datio. & inst. qui mo. re. contrahitur oblig. in prin. vnde Rod. mensura restrin gitur ad mensurā qua gra na vel aliqua mensuratur, non ad illam qua panni vel terræ. Et adnecte quia dēt dari mutuum, vt reddatur non eadem res in numero sed similis in genere siue tantundem, & eiusdem vti litatis, & precij eodē mō. Vnde si dedit pecuniā non illam restituet, sed similē, & huiusmodi, aliter tran si ret, vel in commodatū, aut depositum, vel alium contractū. l. 2. ff de contrahen. emp. & l. 2. §. mutui datio. ff. si cer. pe. Et no. ꝙ hic nō accipitur genus secundùm Porphirium, sed ponit spe cialiter pro quibusdā reb. quæ consistunt in numero pondere, & mensura. vnde tenet Azo. quod si quis mu tuo dedisset pondus argen ti, & reciperet pecuniā ad numerū, quòd ē mutuum si pecunia est argentea, qa idē genus redditur, & tantundem facit. l. 1 §. vlti. ff. de au. & arg leg & propte rea si res mutuata perit pe riculum est mutuum accipiētis, etiam si casu fortui to lege incendiu. C. si cert. pet. instit. quibus modis re contrahitur obligatio. §. itē secus, si data esset pecunia in bursa consignata, quia nō est mutuum lege. quod si ab initio ff. si cer. peta oportet ergo quòd tradatur vt sit accipientis mutuum non consignatū aliter non erit mutuum. a

2 Vtrum dare mutuū petēti sit de præcepto? R. ꝭm Sco. in 4. distinct. 15. quod habēs pecuniam sibi ꝑ aliquo tempore inutilē, mortaliter peccat, si eā non mu tuat indigenti, & petenti, quia facit contra pręceptū naturæ & Christi Lucæ sex to mutuum date, & Matthæi quinto. Sed si ei esset vtilis, puta negociādo, vel aliud de ea faciēdo, tūc di stingue secundū quod supra dixi de Eleem. §. 1. quo modo est de præcepto, & secundùm illam distinctio nem a fortiori dic de mutuo, quod no.

3 Quomodo in mutuo fit vsura. Vide infra Vsura. Primò per totum.



NAvfragivm est naue fracta submersio re rum. & corporum quod ple runque casu fortuito contin git propter vim tempestatis vel fluminis. l. deprecatio, & per totum. ff. ad l Rho. de iactu.

1 Vtrum capientes aliquid de naufragio teneantur? R. ꝙ sic ad restitutionē, nec excusat aliqua ꝯsuetudo. d. l. depcatio, &. ff. de incen. ru. nauf. l. si quis ex naufragio

nouæ petitionis redegerat. ff. de mi. Item co tra. ctus depositi est bonæ fidei. §. actionum, ti st. de actio & ideo veniunt fructus, & interesse a tēpore morę Sed mu tuum est contra ctus stricti iuris. Ideo non veniūt fructus nisi a tēpore litis contestatæ. traduntur ista in l. mora, in prin. & i l. videamus. §. 1 ff. de vsur Item in contractibus stricti iuris non veniūt vsuræ nisi ꝓmissę per stipulationem l. qua his. C. de vsuris. Secus in contractibus bonæ fidei. Item in mutuo habet locum exceptio nō numeratæ pecuniæ, in sti. de li. ob. per. totū, & C de non nume. pecu Sec° i deposito etiam i casu. d. l. Luci°. I a Bald no. in l. in contractib°. §. 1 C. de nō num. pecu. Et verum ꝙ ll. præallegat. l. Lucius, & l. dies sponsaliorum, dicūt quod tunc depositum suam naturā trāsgreditur, quia in depositarium transfertur do. minium, adeo

nec excusantur a peccato mortali si rapiunt intẽtione retinendi nec excusanẽ ex aliquo præcepto, quia contra præceptum dei. Leuit. 19. diliges proximum tuum sicut te ipsum. Episcopus aut alius prælatus debet deponi Laicus anathematizari. 23.q.2.illi q, & de treu.& pace.c.innouamus, ẽm ll.ĩ. annũ i quadruplum. Post annũ in simplũ [a] puniuntur.l.1.ĩ prin. ff.de incend.rui.naufra. Et hoc verũ, nisi sint nauigia quæ exercent piraticã prauitatẽ, vel nisi Christiano nomini inimica, vt in constitu.Fede.ad dec[9].S.nauigia C.de fur.aut.nauigia.

2 Quid de dñis qui conueniunt cum nautis de certa quantitate dãda nẽ deprędentur in naufragio? ℞. ꝙ non teneñ restituere quicquid hac de causa accipiũt nisi spontanea liberalitate eis daretur, ẽm Rodol. bñ liceret statutum quo quis lucratur tãtũm pro rebus recuperatis in mari naufragis, intellige si sit ꝑp vtilitatem naufragorum, q aliter non recuperarent res suas si perirent in mari.

3 Vtrum inueniens res iactatas in mari, vel ex naufragio teneat eas restituere? ℞. Pa.in c.cũ dilecti, de accusa. ꝙ aut erant pro derelictis, & sic fiunt capientis, quia quod i nullius bonis est efficitur naturali rõne capientis. i. sti. de re. di. S.fere Si verò non erãt pro derelictis, sed fuerunt ꝓiectæ, vt euaderent periculũ maris, tunc cũ proijcies remaneat dñs eas occupans aio retinendi ꝯmitit furtum, vt in gl.d.c.cum dilecti, in ver. dilapidationẽ, & l.qua rõne.S.vlt.in fin.ff.de acq.re.do.& ẽ excõicatus, [b] vt in c.excõicationi, ꝺ rap. si non restituit q̃ primũ poterit. Et q̃uis Io.An. ibidẽ dicat requiri monitionẽ anteq̃ incurrat excõicationem. Tñ Pa.ibidem dicit ꝙ quoad deum & consciẽtiam est excõicatus, si quã primum potest restituere non faciat, & multofortius hoc hẽt locum in his qui rapiunt violenter res naufragorum. Si autẽ simpliciter accepit non considerando an essent derelictæ vel nẽ excusatur a furto, [c] vt est tex.no.in l.falsus.S.si iactum.ff.de fur. Et etiam ego credo ab excommunicatione.ar.d.l.falsus, & his quæ no.Io.And.in c.quam te, de sent. excom.in nouel.de quo vide supra Inuenta.in prin.& limita.vt ibi.

4 Sed q̃ritur an sit p̃sumẽdũ ꝙ tales res sint pro derelictis? ℞. idem Pan.vbi s̃.ꝙ ex coniecturis põt præsumi. Nam si librum obtusum pannis, & benẽ sigillatũ proijcit præsumit non habuisse pro derelicto, sec[9] si apertũ, & sic in similib. Similiter q̃n non statim q̃suit, de quo s̃.Inuenta.in princi.

